



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Disputatio XXX. Digressio moralis de Sacramento Pœnitentiæ ad mentem
Vrbani VIII. Clementis X. & Innocentij XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

tiori, & probabiliori adherere; negando tamen eas esse leges, contrario incedent modo; at utriusque ad Deum accedenti. Si hæc factis non sint, repetam quod *disput. 22. n. 20. de di ex Divo Hieronymo monitum lib. 1. contra Rufinum*: Contendebatur, an qui dupplicem ante Baptismum uxorem duxerat, posset sine culpa Sacris Ordinibus initiari? s. Hier. Affirmabat Hieronymus; negabat Rufinus, exprobrando ei laxitatem in opinando. Respondit Hieronymus: *Brevi sermone respondebo: habent libellum, quem in crimine vocant; ille respondeat, & scripto scriptis arguatur. Quid ausperitate frontis, & contractis, rugatisque anibus, concava verberantur inantur, & sanctitatem apud vulgus ignobile simulacra nigore mentium? Hæc dicimus, non quod ipsi propitio*

Christo hæc questione teneantur, sed interrogati à Fratribus, quid nobis videretur, respondimus: nulli præjudicantes sequi, quod velit, nec alterius Decretum nostræ sententiæ subvertentes, neque enim ambimus Sacerdotium, qui latemus in cellulis. Hæc maximus Doctor. Adde pro coronide: Sciant quotquot solidum Probabilissimum, qualem nos defendimus, de animarum ruinâ reum autumant: sciant, inquam, quod qui damnantur, non damnantur ob incertam, sed ob certarum legum transgressionem. Pareant Fideles certis Dei, & Ecclesiæ legibus; à quibus Probabilissimus non excusat; nulla tunc animarum perditio; multiplex verò, si ipsidem legibus certis, alia inter classici Doctores incertæ, tamquam certe superaddantur.

DISPUTATIO XXX.

Digressio moralis de Sacramento Pœnitentiæ, ad mentem Urbani VIII. Clementis X. & Innocentij XII.

PROOEMIUM.

SUMMARIUM.

An hodie difficultus sit absolvi, an absolventi in Idiore facile absolvunt, ibid. Scopus Disputationis, n. 2.

- N. 1.  GNORO, mi Benivole Lector, quodnam hodie difficultus sit, an absolvi, an absolvente, an esse Pœnitentem, an Confessarium. Hoc scio, quod Pœnitentem esse, necessarium est; Confessarium esse, liberum est. Cum tota tamen eâ necessitate, & hæc libertate, eâ calamitatis deventum, ut quilibet, cujus tota doctrinæ suppellex, superficialis, linguâ vulgari, summa est, (quæ utinam sæpe intelligeretur) eo ausu omnia per fas, & nefas absolvit, igno-ratis penitus tum multiplicitate damnatarum, tum recentium Pontificiorum Decretorum inviolabili jure, tum reservatis Sedi Apostolicæ casibus, tum, quæ sibi insit, aut non insit, absolventi facultate, tum interpretationibus, habitis inter Doctores antiquos ut satis probabilibus, hodie tamen à Pontificibus explosis. Quare ex tot moralibus opinionibus, quæ conscientiam concutiunt, præcipuam circa Pœnitentiæ Sacramentum eligere decrevi, nempe, quid hodie, post Tom. III.
- N. 2.

Clementis X. & Innocentij XII. Decreta possit Confessor sive secularis, sive Regularis circa seculares; & quid uterque circa Regulares. Rursus quid vi Cruciatæ, cujus privilegia aliqui tantum extollunt, ut nullo habito ad Archiepiscopos, & Episcopos respectu, quilibet Confessor se supra illos statuat, delusâ omni Diocesanorum, cujus in loco, & tempore absolvunt, jurisdictione: quin post habitâ evidenti Pontificum e Cathedra definitivum definitione. Quia verò Clementis X. & Innocentij XII. Decreta supponunt Urbani VIII. Decretum, hoc prius ponendum.

SECTIO I.

Modernorum Pontificum Bullæ.

§. I.

Bullæ Urbani Octavi.

SUMMARIUM.

Urbani VIII. Bulla, n. 3. Ejus Bullæ scopus, n. 4. Declarat, quod Clemens VIII. reprobarit opinionem timentem satis quemlibet approbatum, an quis vi debeat absolvi, n. 5.

pp Hos

Hoc idem declarat Urbanus de Religiosis, quod Cruciatam numquam illis suffragari poterit, n.6.

An se tollere etiam a Commissario Cruciatam facultatem aliter interpretandi, n.7.

Obiectio. Si Urbanus hanc facultatem, ut quis a quolibet vi Cruciatam absolvetur, concessit aliquibus Religiosis, quomodo dicit non suffragari potuisse, n.8.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN specula Militantis Ecclesie, nullo licet meritorum suffragio divina dispensatione constituti, & attentè considerantes sacros Regularium Ordines, tantas Ecclesie Dei, omni tempore, utilitates attulisse, ut ad eas considerandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint, dignum, quin potius debitum reputamus, ut eorundem Pontificum vestigijs inherentes ad eas pastoralis vigilantie partes jugiter intendamus, ut in eisdem Ordinibus regularis observantia, facta rectè conservetur, & si que illi obesse dignoscuntur, opportuna constitutionis ministerio salubriter removeantur. Alias siquidem sol. recordationis Clementis Papæ VIII. prædecessori nostro, per Procuratorem Generalem Fratrum de Monte Carmelo nuncupato exposito, quod cum in Bulla S. Cruciatæ, & alijs privilegijs ab Apostolica Sede concedi solitis, detur facultas eligendi Confessarium idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absolvere à casibus Ordinario, & Sedi Apostolicæ reservatis: Religiosi prædicti Ordinis, seu eorum nonnulli, etiam prædictis facultatibus uti præsumebant in detrimentum eorum regularis discipline.

Quare idem Clemens prædecessor tua perpetuò valitura constitutione declaravit facultatem, & concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum prædictorum, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reservatis non habere locum cum Fratribus, & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum cujusvis instituti Mendicantium, & non Mendicantium, tam in Provincia Hispaniæ, quam extra eam ubilibet constitutis, neque eis suffragari, sed ejusdem Clementis prædecessoris intentionis fuisse, quod iidem Fratres, & Moniales quantum

ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subjecti essent, prout in dicti Clementis prædecessoris in simili forma Brevis, desuper die 23. Novembris anno 1599. Pontificatus sui anno octavo, expressis litteris, quarum tenores pro expectatis haberi volumus, plenius continentur.

Nihilominus quod, sicut nobis, non sine animi nostri molestia, innouit, nonnulli Ordinis Fratrum Prædicatorum Profectores, prætextu Bullæ ejusdem Sanctæ Cruciatæ, ac dictorum indultorum, Confessarium hujusmodi, qui eos, ut præfertur, absolvat, eligere posse prætendant, & forsitan eligant etiam ad præsens, postquam litterarum nostrarum sub die 14. Junii anno 1624. Pontificatus nostri anno primo, super facultate, eisdem Regularibus Confessarium ad effectum hujusmodi eligendi ad quinque annorum tunc proximum concessa emanata, pridem ab anno, & ultra expiraverant, in maximum status, & regularis observantie præjudicium.

Nos præmissis, quantum nobis ex alto, conceditur obviare, ac felici tam eorum, dem Fratrum Prædicatorum, & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Religiosorum, quam omnium, & quorumcumque aliorum cujuslibet Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti, etiam speciali mentione, & notâ digni utriusque sexus, cum Mendicantium, quam non Mendicantium instituti, atque directioni, & aliorum Christiani fidelium saluti consulere volentes, præfateque Clementis prædecessoris declarationi inherentes, illamque tenore præsentium, innovantes, ac, quatenus opus sit, ampliantes; Motu proprio, & ex certa scientia, & maturâ deliberatione nostris, & Apostolicæ plenitudinis potestate, concessimus, nem Sanctæ Cruciatæ, quæ respectu facultatis hujusmodi etiam Laicis, & Clericis, Sæcularibus cujuscumque status, gradus, & qualitatis, & conditionis etiam speciali, & notâ dignæ quoad casus reservatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæresis exceptâ), contentos, non nisi in foro conscientie, non autem in foro externo, suffragatur, aliorumque indultorum hujusmodi, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi prædictis a casibus reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, cum Fratribus, & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum, & aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatisque, & instituti prædictorum Mendicantium, & non Mendicantium.

dicantium, tam Provinciæ Hispaniæ, quam
 extra eam ubilibet constitutorum, locum
 minime habuisse, neque habere, neque il-
 lis ullo modo suffragari potuisse, neque
 posse, excepto dumtaxat illo quinquen-
 nio, quo litteræ nostræ huiusmodi, ut præ-
 fertur, duraverunt. Siquidem die 14. men-
 sis Junii 1629. proximè præteriti, jam ex-
 piraverunt. Sed nostræ intentionis fuisse, &
 esse, quod iidem fratres, & Moniales, quan-
 tum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Cõ-
 fessionis administrationem, Ordinariæ dis-
 positioni suorum Prælatorum, & Sedi
 Apostolicæ, quoad sibi reservata, subiecti
 sint, earumdem tenore præsentium perpe-
 tuò declaramus. Decernentes præsentem
 nostras litteras de subreptionis, vel obrep-
 tionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis
 nostræ, aut alio quocumque defectu, à
 quoquam impugnari non posse. Sicque, &
 non aliter, in omnibus, & singulis præmis-
 sis per quoscumque Iudices Ordinarios, &
 Delegatos, etiam Causarum Palatii Apo-
 stolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ec-
 clesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos,
 Vicelegatos, ac Sedis Apostolicæ Nuntios,
 ac Cruciatæ Commissarios, & quosvis alios
 quavis auctoritate fungentes, sublatà eis,
 & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi,
 & interpretandi facultate, & auctoritate,
 interpretari, & iudicari deberi, ac irritum,
 & inane, si secus super his à quoquam
 quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
 contigerit attentari. Non obstantibus præ-
 missis, ac omnibus, & singulis illis, quæ in
 prædictis Clementis prædecessoris litteris
 concessa sunt non obstat, cæterisque con-
 trarijs quibuscumque. Quibus omnibus, &
 singulis illorum omnium, & singulorum
 tenores præsentibus pro sufficienter ex-
 pressis habentes, illis aliàs in suo robore
 permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter
 & expresse derogamus, cæterisque con-
 trarijs quibuscumque. Ut autem præsen-
 tium tenor omnibus innotescat, volumus
 eas in valvis Basilicæ Principis Apostolo-
 rum, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut
 moris est, publicari, ipsasque sic publicatas
 omnes, & singulos ubique existentes ita
 afficere, ac si omnibus personaliter intima-
 tæ essent. Quodque præsentium transump-
 tis, etiam impressis, manu alicujus Notarij
 publici subscriptis, & sigillo personæ in
 dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis,
 eadem prorsus ubique fides adhibeatur,
 quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent
 exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S.
 Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris
 Tom. III.

die 19. Junij 1630. Pontificatus nostri an-
 no septimo.

Reduco ad clausulas eandem, sicut & alias, N. 3.
 quas allaturus sum, Bullas, ut breviori syn-
 nopsi expeditius comprehendatur.

Ait ergo Urbanus suæ constitutionis fi- N. 4.
 nem esse disciplinam Regularem restaurare, Urban.
 occasione laxissimæ interpretationis collap- VIII.
 sam.

Ait secundo, quod Clemens VIII. præ- N. 5.
 decessor suus, perpetuò valiturâ constitu- Clem.
 tione, die 23. Novembris anni 1599. expedi- VIII.
 ditâ, declaraverit, quod Cruciatæ, quan- Urban.
 tum spectat ad eligendum vi Cruciatæ Con- VIII.
 fessorum, à suorum Prælatorum dispositio-
 ne independentem, à quo à reservatis absol-
 vi possit, dummodo à Diœcesano approba-
 tus sit, neutiquam Regularibus vivens.

Ait tertio, le non sine gravi molestiâ au- N. 6.
 disse, adhuc dari Religiosos, qui pretextu
 Cruciatæ ac disformum Inultorum, Confessarium
 huiusmodi, qui eos absolvat, eligere posse præten-
 dant, & forsan eligant etiam ad præsens. Idco
 inherendo declarationi Clementis VIII. Clem.
 eamque innovans, & quatenus opus sit ampli- VIII.
 ans, motu proprio, & ex certa scientiâ, & VIII.
 de Apostolica plenitudine potestatis asserit, con-
 cessionem Cruciatæ, quantum ad articulum
 eligendi Confessarium, & absolvendi à re-
 servatis, etiam in Bullâ Cœnæ contentis, in
 Religiosis cujuscumque Ordinis, locum mi-
 nime habuisse, nec habere, neque illis ullo modo
 suffragari potuisse, neque posse, excepto tan-
 tum illo quinquennio, quo litteræ nostræ hu-
 iusmodi duraverunt, quæ tamen die 14. Ju-
 nij anni 1629. jam expiraverant.

Ait quarto se, etiam à Cruciatæ Commis- N. 7.
 sarijs, imò quibusque alijs etfi Cardinalibus,
 & Legatis à latere, adimere omnem aliter
 interpretandi facultatem: quin ita iudican-
 dum esse, & irritum, & inane, si secus su-
 per his à quoquam, quavis auctoritate, sci-
 enter, vel ignoranter contigerit attentari.
 Legatur P. Bardi, qui Urbani VIII. Bullam Urban.
 ad litteram trahit, & pag. 52. n. 22. vel ex hac VIII.
 solâ Urbani VIII. Bullâ concludens eruit ar- P. Bard.
 gumentum in eos, qui dicunt, Cruciatam
 minime suffragatam Regularibus vivente
 Urbano VIII. attamen eo vitâ functo suf-
 fragari, quatenus subsequens Cruciatæ re-
 vocat omnes anteriores Pontificum declara-
 tiones. Sed de hoc infra.

Verum, ne quis idiota eidem Urbano N. 8.
 contradictionem imponat, quatenus asserit,
 quod in ordine ad electionem Confesso-
 ris, & absolutionem à reservatis, numquam
 Cruciatæ suffragari potuerit, excepto quin-
 quennio, quo litteræ suæ duraverunt, quo
 Pp ij posito,

posito, ita argui potest: Vel Cruciatæ suffragatur Regularibus, vel non? Si non suffragatur, quomodo PP. Dominicæ concessit durate quinquennio facultatem eligendi Confessorem, qui prætextu Cruciatæ absolveret? Si suffragatur, quomodo Urbanus dicit numquam suffragari potuisse? At levia hæc sunt: tum quia Urbanus definit quidem Cruciatam nunquam suffragari potuisse, nec posse; at non definit non posse, si speciali suo novo indulto hoc addere velit privilegium, quo Cruciatæ ex se non gaudet. Tum quia ex eo quod Papa Urbanus dedit eo quinquennio talem facultatem, non fit, quod eam dederit vi Cruciatæ.

§. II.

Bulla Clementis X.

SUMMARIUM.

Clementis X. Bulla, n. 9.

Doctores, qui eam trahunt, n. 10.

Clementis scopus, n. 11.

Declarat, quod nemo audire possit Moniales sine speciali approbatione, n. 12.

Et quod pro una vice approbatus nequeat secunda vice eas audire, ibid.

Quod Regulares simpliciter approbati sint illimitate approbandi, n. 13.

Et quod possint tempore Paschatis audire Confessiones, etiam infirmorum, monendo se infirmum audisse, n. 14.

Quod nequeant iterum examinari, nisi nova accedat causa, n. 15.

Quod Episcopi nequeant à toto Conventu adimere facultatem constituendi, n. 16.

Quod non revixerint privilegia à Tridentino sublata, n. 17.

Quod potens absolvere à casibus Papa reservatis, non ideo possit à reservatis ab Episcopo, n. 18.

Quod quidquid contra hanc Bullam attentetur erit irritum, n. 19.

CLEMENS EPISCOPUS, &c.

N. 9. **S**uperna Magni Patris Familias præordinatione creditum Nobis universalis Ecclesiæ mysticum Agrum circumspecta providentia custodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) satagentes, animum in eas curas libenter intendimus, quibus valeant diffidia inter villicos, & operarios componi, jurgia tolli, scandalis, atque offensionibus aditus præcludi; ut quibus una fides, una Mater Ecclesia, &

unus Dominus, qui charitas est, & pacis cogitationes, fiat etiam cor unum, atque anima una; sic etenim evulsis oportune zizaniis, dum plantamus, & rigamus, incrementum dabit Deus; quo benedicente, messis multa, fructu centesimo, caelestis horreum congregabitur.

Sanè cum Sacri Concilij Tridentini Decretis providè statutum fuerit, ut Regulares cujuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientiâ examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentiâ etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non possint, cum qua licentiâ personaliter se coram Episcopo præsentare, & ab eis benedictionem petere teaneantur, antequam prædicare incipiant; in Ecclesijs vero, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiâ suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiâ gratis ab eo dandam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint. Atque ut nullus Sacerdotalis, sive Regularis etiam suorum Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare, præsumat. Itidemque cum nullus Sacerdos Regularis possit confessiones Sacramentalium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale Beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegij, & contuetudine quacumque non obstantibus, innotuit Nobis dubitationes nonnullas, circa benedictionem, licentiâ, contradictionem, examen, & approbationem, ejusmodi in aliquibus Diocesisbus extitisse, ex quibus controvertit, & diffensiones præmultæ indiem sublevari solent occasione privilegiorum, quæ per Sedem Apostolicam Religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

Nos attendentes, quod aliâ diversis temporibus prædictæ dubitationes, & controversiæ nonnullis Predecessorum nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus definitæ fuerint; ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magisque diffensionum tollantur semina, & in posterum firmior, in Agro Dominico pax Christi floreat, pro summo, quo fungimur, Apostolatus officio novis Apostolicis litteris munientibus, duximus, & roborandas; itaque de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum,

torum pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra, atque ex certa scientia hac generali, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, & declaramus.

Regulares, qui in Ecclesijs sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diocelano benedictionem petere; prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint. Quòd, si Episcopus benedictionem nedùm non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesijs licere Regularibus prædicare. Eosque contravenientes ab illo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, censuris, alijsque poenis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. recordi. Gregorij XV. Prædecessoris nostri incipientis, Inscrutabili Dei providentia, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen absque justa, & rationabili causa, contradicere non debere. Et huiusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratorijs sui Ordinis sermonem coram Populo, vel in Ecclesijs, aut ad crates Monasteriorum Sacramentalium eorum jurisdictioni subiectarum, licet clausis januis, & nullus Sæcularis ibi interfuit, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiam si Episcopi antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere contulerint quoad doctrinam examinare; si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit. Et licentiam prædicandi semel ipsidem concessam, ob rationabiles causas licet occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus quin in Ecclesijs suorum Ordinum prædicent.

Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones Sæcularium in sua Diocesi audiendas approbatos non posse in aliâ Diocesi eas absque Episcopi Diocesani approbatione audire, quamvis Pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati; & generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum Sæcularium confessiones audiendas, nequam censei approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione; atque approbatos pro audiendis confessionibus Monialium unius Monaste-

Tom. III.

rij, minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterij. Iudemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis huiusmodi illarum confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit. Ceterum in Monasterijs, ac etiam Collegijs, ubi iuxta Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum, audire confessiones illorum Sæcularium, qui inibi sunt verè de Familia, & continui Commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diocesi propria admittendos. Quoad ceteros verò, qui non adeò idonei reperiuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semel autem simpliciter approbatos posse in Diocesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum confessiones audire absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia; de qua tamen confessione tenent dictos Religiosos eorundem infirmorum Parochum illicet certiore reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessiones præcipi: sufficere tamen, ut certioratio huiusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter, approbatis Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit, Omnes utriusque sexus, quoad confessionem dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares verò, ad ejusmodi confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis prælimitatione ab ipsomet Episcopo, seu eius autem ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem confessionibus audiendis, suspendi, seu licentias, illis concessas, revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones concernat, De qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet.

Pp iij

nec,

nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Porro si Regulares cum scandalo, aut aliis inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabilibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ, qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique eam causam ad confessionibus ministerium pertinere, ac proinde nihil obfatare, quominus ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à confessionibus audiendis. Attamen confessiones audiendius Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconfulta Sede Apostolica, nullatenus posse. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliavè privilegia Regularibus, cujuscumque Ordinis, instituti, aut Societatis, etiam Jesu, concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ reservatis. Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eisdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore supradictorum privilegiorum, nequaquam licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere Pœnitentes à censuris quoad externum, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro pœnitentiæ, utique non censeri absolutos in exteriori judicio, & contentioso. Quinimmo censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus, etiam si à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegijs coram Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de

quo agitur, si dictorum privilegiorum verba obicuta sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum, sed eum ejus sit interpretari, cujus est condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedi Apostolicæ judicio, prout alias Constitutione Prædecessoris nostri fel. record. Clementis IV. statutum fuit esse requirendam. do non nulli evmmp. aliam. Decernentes sic, & non alias, per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, & dignitate fungentes, etiam eadædem Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, Nuntios, & quovis alios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definitur. Irritam quoque, & inane quicquid fecerit super his à quibuscumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit tentari. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque quorumvis Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum etiam Jesu, ac cujuscumque alterius instituti, etiam necessariorum, & in individuo exprimentium, Monasteriorum, Conventuum, Capitulum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam Sæcularium, quam Regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegijs, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliarum inhibitionibus, quibus Episcopi deferre, minime teneantur, quibusvis alijs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatorijs, derogatorijs, aliisque efficacioribus, & in solis clausulis, necnon irritantibus, & in alijs decretis, etiam Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu exemptionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, & de illis, eorumque totis tenoribus, &

formis, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio, habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis, quoad ea, quæ eisdem præsentibus ad verfantur, alias in suo robore permanentibus, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Cæterùm quia difficile foret præsentibus literas ad singula quæque loca deferri, ut ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad varias Ecclesias Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ affigi, & publicari.

Volentes, quòd earumdem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum, decreti, declaracionis, derogacionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnacionis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo, undecimo Kal. Julij. Pontificatus nostri Anno primo.

G. Dat. I. G. S. Iustus.

V. de Curia P. Ciampinus. D. Ciampinus.

N. 10. Cleric. Fel. x. Monac. Inter Clementis X. Bullas septima est, eam trahit Joannes Clericatus editus Venetijs anno 1706. in *Erotomatis Ecclesiasticis* pag. 434. & paucis demptis, Felix Potestatis editus eodem anno Venetijs in *Examine Confessorum* tom. 1. n. 3290. & Monacelli in *Appendice ad suum Formularium Legale Præacticum*, editum Romæ anno 1703. pag. 317.

N. 11. Ait ergo se ex certa scientiâ, & perpetuò valiturâ constitutione decernere, & declarare, (non dicit approbare) se eo sine ad hanc Bullam eadem inductum, ut dubia

& dissensionem Episcopos (idem est de Ordinarijs) inter & Regulares ortas circa jurisdictionem, examinem, & approbationem, occasionem privilegiorum Regularibus concessorum, competere, & quidem hanc suâ perpetuò valiturâ constitutione.

Declarat Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones Sacularium audiendas, nullatenus approbatos esse, ut Monialium sibi subiectarum confessiones audiant; quin approbatos pro uno Monasterio, nequire audire confessiones alterius Monasterij; immò pro unâ vice approbatos, non posse, eâ deputacione completâ, vi præteritæ approbacionis iterum eas audire; sed toties iterum approbandos, quoties ad eas audiendas deputentur.

Declarat Religiosos, qui ad confessiones audiendas fuerint ab Episcopis reperti generaliter idonei, esse generaliter, & absque ullâ limitatione locorum, temporum, aut personarum, admittendos in eadem Diocesi: si verò non ita generaliter idonei sint, relinquendam iudicio Ordinariorum absolventi limitationem.

Declarat Regulares semel simpliciter ab Episcopo approbatos, posse etiam tempore Paschali in eadem Diocesi Episcopi approbantis, absque ullâ (seu aliâ) Episcopi, aut Parochi licentiâ confessiones etiam infirmorum audire; ita tamen ut Parochus moneatur de confessione infirmi auditâ. Quòd si Regularis secus egerit, poterit ab Episcopo cogi sub pœna suspensionis à confessionibus audiendis.

Declarat Regulares simpliciter absque ullâ limitatione, prævio examine ab Episcopo (non à solo Vicario) approbatos, non posse ab eo Episcopo iterum examinari, aut ab audiendis confessionibus suspendi, nisi nova accedat causa confessiones concernens. Quæ tamen nova causa non est Regulari manifestanda ab Episcopo: satis, si Sedi Apostolicæ, quoties postulaverit, reveletur. Quòd si nova accedat causa integritatem, & honestatem concernens, poterit Episcopus eum Regularem à se alias approbatum à confessionibus audiendis arecere.

Declarat nequire Episcopos, inconsultâ Sede Apostolicâ, adimere facultatem audiendi confessiones ab omnibus simul unius conventus Regularibus.

Declarat privilegia ante Tridentinum Regularibus concessa, & à Tridentino sublata, non revivisse; & derogat omnia prorsus privilegia, quæ sunt contra hanc suam constitutionem, etsi titulo oneroso concessa, & specialiter nominanda.

Declarat

N. 18. Declarat, quòd habens licentiam absol-
vendi à casibus Sedi Apostolicæ reservatis,
absolvere nequeat à casibus ab Episcopo re-
servatis.

N. 19. Demum declarat irritum quidquid super
his à quopiam quavis autoritate sulto scienter
vel ignoranter contigerit attentari. Ex qua
clautulâ manifestè inferitur omnes Confes-
sationum secus operantium absolutiones fu-
turas non tantum illicitas, sed invalidas.

§. III.

Bulla Innocentij Duodecimi.

SUMMARIUM.

Disti Pontificis Bulla, n. 20.

Est valde proluxa, n. 21.

Declarat reprobata à Paulo V. & alijs, opi-
nionem, quòd vi Cruciatæ possit quis ab omni
ubicumque approbato absolvi, n. 22.Se motu proprio, & de Apostolica Sedis plenitu-
dine decernere, quòd Cruciatæ nil novi juris
induxerit, & comprehendit tam Saculares,
quam Regulares, n. 23.Declarat Confessiones faciendas futuras invali-
das: & Confessores jure ipso suspensos, n. 24.Omnem opinionem oppositam reprobata, ut pern-
ciosam, n. 25.

Aboluit omnem consuetudinem, ibid.

Vetat sub excommunicatione sibi soli reservatâ,
ne quis tueatur contrariam, n. 26.Tollit omnem à quocumque etiam expresse no-
minando facultatem aliter interpretandi, n.
27.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

N.
20.

Um, sicut non sine gravi animi no-
stri dolore ex nonnullorum Venera-
bilium Fratrum Episcoporum Regni
Portugalliae, & aliorum timorata concu-
piscimus, in Regno præfato revixerit, ac
in dies magis invalescat opinio per quas-
dam felic. rec. Pauli V. Urbani VIII. &
Clementis X. Romanorum Pontificum
Prædecessorum nostrorum Constitutiones,
nec non plura Congregationum tunc exi-
stentium S. R. E. Cardinalium Concilij
Tridentini Interpretum, ac respectivè ne-
gotijs, & consultationibus Episcoporum,
& Regularium præpositorum Decreta du-
dum damnata, & reprobata, quâ innixi
plerique illarum partium privilegia, & in-
dulta per litteras Apostolicas pro Cruciatâ
Sanctâ emanatas, seu, ut vocant, Bullam

Cruciatæ, concessâ, ita intelligenda esse
existimant, ut facultas in litteris, seu Bul-
la hujusmodi Christi fidelibus attributa
confitendi peccata sua cuilibet Confessario,
per quemcumque Ordinarium ad confes-
siones audiendas approbato, locum habeat,
& habere censeatur, etiam si non fuerit
Ordinarius loci, in quo confessiones præ-
fatas excipi contigerit; hinc est, quòd
Nos ex debito Pastoralis officij, quòd hu-
militer nostræ meritis licet, & viribus locu-
gè impari commisit divina dignatio, ani-
marum periculis in re tanti momenti, que-
lis est sacramentalis confessio, quantum
Nobis ex alto conceditur, paternâ charita-
te occurrere cupientes, necnon Constituti-
onibus, & Decretis supradictis inhaerenti-
bus, de Venerabilium fratrum nostrorum,
eiusdem S. R. E. Cardinalium, primùm,
quidem supradictis negotijs, & consulta-
tionibus Episcoporum, & Regularium
præpositorum, tubinde verò etiam aliorum,
in totâ Republicâ Christianâ contra hære-
ticam pravitatem generalium Inquisito-
rum à Sede Apostolicâ specialiter deputa-
torum, qui opinionem præfata ex me-
gro examinârunt, remque totam mature
discusserunt, consilio, ac etiam motu pro-
prio, & ex certâ scientiâ, & maturâ deli-
beratione nostris, deque Apostolicæ pote-
statis plenitudine, tenore præsentium, de-
cernimus, & declaramus Bullam Crucia-
tæ Sanctæ nihil novi juris induxisse, nul-
lumque privilegium continere quoad ap-
probationem Confessariorum contra for-
mam ejusdem Concilij Tridentini, & præ-
dictarum Constitutionum Apostolicarum,
adeò ut Confessarij tam seculares, quam
Regulares, quicumque illi sint, in vim dic-
tæ Bullæ Cruciatæ à penitentibus ad au-
diendas eorum sacramentales confessiones
electi, nullatenus confessiones hujusmodi
audire valeant sine approbatione Ordina-
rij, & Episcopi Diocesani loci, in quo ip-
si penitentes degunt, & Confessarios eli-
gant, vel ad excipiendas confessiones re-
quirunt, nec ad hoc suffragari approbatio-
nem semel, vel pluries ab alijs Ordinarijs
aliorum locorum, & Diocesium obtentam,
etiam si penitentes illorum Ordinariorum,
qui Confessarios electos approbant, sub-
diti forent; confessiones autem aliter, &
contra earundem præsentium, aliarumque
Apostolicarum Constitutionum formam
deinceps faciendas, & excipiendas respecti-
vè, præterquam in casu necessitatis in mor-
tis articulo, nullas fore, irritas, & invali-
das, & Confessarios ipso jure suspensos

esse, & etiam rigide puniendos ab ipsis Ordinarijs locorum. Porro quacumque contrariam opinionem tamquam falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosam, prætento quovis contrario usu, contrariæque consuetudine etiam antiquissimâ minimè obstantibus, motu, scientiâ, deliberatione, & potestatis plenitudine patribus harum serie damnamus, & reprobandum, contrariumque usum, ac contrariam consuetudinem huiusmodi penitus, & omnino abrogamus, & abolemus. Ac proinde omnibus, & singulis Christi fidelibus neuscumque status, gradus, conditionis, & dignitatis existant, etiam specificâ, & individua mentione, & expressione dignis, ne supradictam opinionem docere, tueri, aut ad praxim deducere quovis modo audeant, seu præsumant sub pœnâ excommunicationis per contrafacientes ipso facto abique aliâ declaratione incurrendâ, à quâ nemo à quoquam, præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo huiusmodi constitutus abolitionis beneficium obtinere valeat, interdicimus, & prohibemus. Decernentes etiam easdem præsentis litteras, & in eis contenta quacumque etiam ex eo quod in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet præcedentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu aliâ specificâ, & individua mentione, & expressione digni, illis non consentierint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causæque propter quas præsentis emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & iustificatæ non fuerint, aut ex aliâ quâlibet, etiam quantumvis juridicâ, & privilegiatâ causâ, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis viti, aut intentionis nostre, vel interesse habentium consensus, aliòve quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuaque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis Oris, restitutionis in integrum, aliòve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iuvare nullo modo possit;

sed ipsas præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, tuolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque, & non aliter, in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis præfate Nuntios, ac memoratæ Cruciatæ Sanctæ Commissarios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & futuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti, debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum, aliisve quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate, aliâ robore statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, illorumque, superioribus, & personis, ac alijs quibusvis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs Decretis, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus, seu ad quarumcumque personarum, etiam quavis Ecclesiasticâ, vel mundanâ, dignitate fulgentium instantiam, aut earum contemplatione, seu aliâ quomodolibet in genere, vel in specie etiam consistorialiter concessis, ac pluriès, & quantumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toris tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda, foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, exprimerentur, & intererentur, præsentibus pro plenè, & suffici-

„sufficienter expressis, & incertis habentes, „illis alias in suo robore permanens, ad „præmissorum effectum hæc vice dumtaxat „specialiter, & expressè derogamus, ac de- „rogatum esse volumus, ceterisque contra- „rijs quibuscumque. Cæterùm, ut eadem „præsentis litteræ omnibus facilius innotef- „cant, nec quisquam illarum ignorantiam „valeat allegare, volumus, & Apostolicâ „authoritate decernimus, ut illæ ad valvas „Basilicæ Principis Apostolorum, ac Can- „cellariæ Apostolicæ, necnon Curiaë gene- „ralis in Monte Citorio, & in acie Campi „Floris de Urbe per aliquem ex Curforibus „nostris, ut moris est, publicentur, illarum „quæ exempla ibidem affixa relinquuntur, „ita ut sic publicatæ omnes, & singulos, „quos concernunt, perindè afficiant, ac si „unicuique illorum personaliter notificatæ, „& intimatæ fuissent: utque ipsarum præ- „sentium litterarum Transumptis, seu ex- „emplis etiam impressis, manu alicujus No- „tarij publici subscriptis, & sigillo personæ „in Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ mu- „nitis eadem prout fides tam in iudicio, „quam extra illud ubique locorum habeat- „ur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si fo- „rent exhibitæ, vel ostentæ. Datum Romæ „apud Sanctam Mariam Maiorem sub An- „nulo Piscatoris die xix. Aprilis M. DCC. „Pontificatus nostri anno nono.

I. F. Cardinalis Albanus.

N. Valde proluxa est, eandem tamen suismet
21. Felix. verbis nil immutato transcribere duxi, ne in
desiderio esset quod omittitur; eam quoad
præcipuum punctum refert Felix tom. 1. n.
3858.

N. Declarat primò damnatam, ac reproba-
22. tam fuisse à Paulo V. ab Urb. VIII. à Clem.
Paul. V. X. ex pluribus S. Conc. Tridentini Con-
Urban. gregationibus, sententiam tuentem, quòd
VIII. vi Cruciatæ liceat cuique cum omni ap-
Clem. X. probato à quocumque Ordinario confiteri,
etsi ab Ordinario loci, in quo fit confessio,
approbatus non sit.

N. Secundo, se præmisso, iterato, & serio
23. ejus opinionis examine nixum dictorum
Pontificum Decretis, consilio, ac etiam pro-
prio motu, & ex certâ scientiâ, de Apostoli-
cæ Sedis plenitudine, decernere, quòd Cru-
ciata nil novi juris induxerit, & quòd Con-
fessores tam Sæculares, quam Regulares, vi
Cruciatæ ad audiendas confessiones electi,
nullatenus vi Cruciatæ possint eos Pœnitentes
audire, nisi dicti Confessores ab Episcopo
aut Ordinario loci, in quo confessiones
audiunt, sint approbati.

N. Tertio declarat nullas, irritas, & invali-
24. das fore confessiones contra hanc suam con-
stitutionem, & alias Pontificum constitu-
tiones deinceps faciendas, excepto mortis
articulo: & Confessores ipso jure suspensos,
& rigidè puniendos. Vide mi Lector quid
laxæ interpretationes Interpretibus profue-
rint.

Quartò quamlibet opinionem contra N.
riam, motu proprio, & ex plenitudine potesta-
tis, damnat, & reprobat, ut falsam, teme-
rariam, scandalosam, perniciosam, non ob-
stante quacumque in oppositum consuetu-
dine, quam omnino abolet, & derogat.

Quintò verat omnibus Christi Fidelibus, N.
etiam de necessitate nominandis, sub excom-
municatione ipso facto, absque aliâ declara-
tione, incurrendâ, soli Papæ, excepto mor-
tis articulo, reservatâ, nequis dictam opi-
nionem taceatur, doceat, & quovis modo
prædicet.

Demum ait, se decernere, suas præsentis N.
litteras temper firmas, validas, & efficaces
existere, & fore, & inviolatè servandas: sub-
latâ omnibus, etsi Cruciatæ Commissariis,
& S.R.E. Cardinalibus, etiam de latere Le-
gatis, & Nuntijs, aliter interpretandi fa-
cultate; adeo ut judicari & definiti debeat
irritum, & inane, quidquid sciens, aut ig-
noranter in oppositum attentetur. Non ob-
stantibus quibuscumque privilegijs, etiam ju-
ramento, Apostolicâ confirmatione, aut
aliter roboratis.

§. IV.

*Declarum Clementis, & Innocentij Bullarum
identitas, & differentia.*

SUMMARIUM.

*Conveniunt, quòd utraque est perpetuè valida,
& est definitiva, & derogat omni opposita con-
suetudini, n. 28.*

*Utraque declarat Confessiones esse invalidas,
ibid.*

*Differunt, quòd Clemens X. est quasi totus con-
tra privilegia Regularium. At Innocentius di-
rigitur tam ad Sæculares, quam Regulares vi
Cruciatæ absolventes, n. 29, 30.*

*Et quòd Innocentius plures addat, contra opinio-
nes, censuras, & contra opinantes, penales,
n. 31.*

Conveniunt 1. quòd utraque est à Papâ N.
ut Capite Ecclesiæ; utraque perpetuè 28.
valitura; utraque definitiva & declarativa:
quin titulus Bullæ Innocentij XII. est, *Sæ-
cristissimus D. N. Innocentij Declaratio*. Secundo,
quòd utraque non tantùm est legislativa,
quætenus

quatenus oppositas opiniones, sed ita est definitiva, ut frequenter dicat, se decernere, se definire, se declarare *irritum inane, & invalidum*, quidquid secus super his scienter, aut ignoranter attentetur: & confessiones sub opinione damnata faciendas, futuras invalidas. Tertiò, quòd utraque derogat quibuscumque consuetudinibus, & privilegijs alijs à Sede Apostolica concessis etiam expressione dignis, quæ his Bullis adversantur.

N. 29. Clem. X. in XII. Differunt 1. quòd Clementis X. Bulla dirigitur quasi tota ad Regulares, & in privilegia ab illis asserta, absolventi vi eorù omnes, omnia, & ubique, et si in Diocesi, in quâ absolventur, approbati non sint. At Bulla Innocentij XII. dirigitur ad omnes Confessarios, sive seculares, sive Regulares: & in privilegium ab illis assertum, absolventi omnes, et si in Diocesi, in quâ absolventur, approbati non sint; cum enim ab antecedentibus Pontificibus damnata fuisset opinio asserens, licere non approbato à Diocesano ubique absolvere; & licere approbato à quocumque Diocesano ubique absolvere, Doctores aliqui subinde negarunt, hoc vetari Regularibus, sed tantum secularibus Confessarijs, qui non gaudent Regularium privilegijs: hinc Clemens X. edidit Bullam, quâ negat Regulares tali frui privilegio. Rursus cum alij Doctores post dictam Clem. X. Bullam disseminare ausi fuerint, vetari quidem Regularibus ne privilegiorum suorù prætextu absolvant in Diocesi ubi non sunt approbati; nulli tamen Confessori, sive seculari sive Regulari, vetari, ne *ut Cruciatâ absolvat*, ubi non est approbatus, dummodo à quocumque alio Diocesano fuerit approbatus: hinc Innocentius XII. compulsus fuit edere Bullam negantem, hoc vi Cruciatæ licere.

N. 30. Differunt 2. quòd Clemens X. descendit ad plures particulares casus Regularium. At Innocentius XII. omnes alloquitur Confessores vi Cruciatæ absolventes.

N. 2. Differunt 3. quòd Innocentius XII. plures adjicit censuras Theologicas contra opinionem tuentem, Confessores alibi ab aliquo Diocesano approbatos posse vi Cruciatæ absolvere, ubi non est approbatus: similiter contra ita opinantes plures addit censuras poenales.

§. V.

Clausula utriusque Cruciatæ, Hispanæ, & Lusitanæ.

SUMMARIUM.

Clausula Cruciatæ Hispanæ, n. 32.

Clausula Lusitanæ, n. 33. Longè ampliora concedit Cruciatâ Hispanâ, ibi.

Cum ex professo acturus, & pugnaturus sim pro Innocentij XII. Decreto, necesse duxi præmittere clausulam utriusque Bullæ Cruciatæ Hispanis, & Lusitanis concessam, cui plures Theologi nixi sunt, inferendo quemlibet Sacerdotem à quocumque Ordinario approbatum posse vi Cruciatæ in Confessorem eligi, etiam in loco, in quo non est approbatus. En clausula Cruciatæ Hispanicæ: Item quò omnes, & singuli prædicti purius ad Deum preces fundere, & efficacius Divinum auxilium implorare possint, conceditur, ut possint eligere Confessorem secularem, vel cuiuscumque etiam Mendicantium Ordinum Regularem, ex his, qui ab Ordinario; (& quoad Regulares, qui semel tantum approbati fuerint) & ab eo quorumcumque peccatorum, & censurarum, (etiam Sedi Apostolicæ, & in Bullâ Cœnæ Domini reservatorum, & reservatarum) plenariam indulgentiam, & remissionem, semel in vitâ, & semel in mortis articulo: aliorum vero Sedi Apostolicæ non reservatorum, ac reservatarum, toties, quoties consistebuntur, absolutionem, & remissionem, mediante salutari penitentia, secundam culpæ indulgentiam, obtinere, modo in casibus, in quibus necessaria erit, per ipsos, vel dato impedimento, per heredes, aut alios satisfactio fiat. Hæc Bulla Latina pro Hispanis apud P. Mendo disp. 22. de Cruciatæ Bullâ.

En clausula Cruciatæ Lusitanis concessæ: Et ut purius preces Deo fundere, & efficacius Divinum auxilium implorare possint, quò magis a peccatorum vinculis absoluti, in his literis contenta adimpleverint: ut isdem omnibus, dicto anno durante, quemcumque Presbyterum secularem, vel cuiuscumque etiam Mendicantium Ordinum Regularem, ex his, qui ab Ordinario; & quoad Regulares, semel tantum approbati fuerint, in Confessorem eligere. Hæc Cruciatâ Latina pro Lusitanis apud P. Noqueira in Lusitanæ Cruciatæ expositione disp. 14. Porro manifestum est, quòd quamvis longè ampliora concedat Cruciatâ Hispanis concessa, quàm quæ Lusitanis, ut ex utriusque contextu liquet, & ostendit P. Noqueira d. 15. nam Hispana nullum ex se excipit in Bullâ Cœnæ casum; excipit autem Lusitana plures, nempe Hæresim, conspirationem in personam, & statum Romani Pontificis, falsificationem litterarum Apostolicarum, & supplicationem; nec non duodecimum, decimumtertium, & decimumquartum in Bullâ Cœnæ contentum: attamen in ordine ad nostrum punctum, nempe

ex vi Cruciatæ quilibet Sacerdos approbatus ab Ordinario eligi possit ubique in Confessione, nullum omnino inter utramque Cruciatæ Bullam est discrimen.

SECTIO II

Advertenda.

§. I.

Aligua ex Tridentino.

SUMMARIUM.

- Aut cuilibet Sacerdoti vi Ordinationis conferri potestatem absolvendi, n. 24.*
Aut approbandum tamen ab Episcopis, nisi sit Parochus: & derogat cuique consuetudini, ibid.
Insignes Tridentini prerogative, n. 35.
Reges Catholici sunt Tridentini Protectores, imò omnes Reges, ibid.
Ad eos recurrere potest pro Tridentini defensione, ibid.
Nullus quantumcumque doctus, & laureatus, nisi sit approbatus, absolvere potest, n. 36.
Nec licite, nec valide, n. 37.
Sacerdotes vi ordinationis habent tantam potestatem remotam; vi approbationis habent proximam, ibid.
Tridentinum aut non approbatum reputandum non aptum, n. 38.
Derogat omni immemorabili consuetudini, n. 39.
Invalide unus Sacerdos non approbatus absolvit alium Sacerdotem, ibid.
Invalide Parochus suas vices dat Sacerdoti non approbato, ibid.
Cur Tridentinum dicat Sacerdotem approbandum ab Episcopis, n. 40.
Etsi Tridentinum unice dicat, Sacerdotem ab Episcopo approbandum, præscindendo an esse debeat diocesanus; autamen ex definitione Pontificum constat, Tridentinum intellexisse diocesanos, n. 41.
Ubi eadem rationis identitas in opinionibus, idem quoque damnationis motivum, n. 42.
Si hec ratio perpensa fuisset, vix ulla opinio damnanda fuisset, n. 43.
Laxorum Interpretum argumentum, n. 44.
Scopus Tridentini est prospicere juri Episcoporum in Confessores sui gregis, ibid.
In Decretis non solus verborum sonus, sed finis notus attendendus, ibid.
Omnes opiniones circa confessionem à jure Episcopali se subtrahentes, sunt falsa, ibid.

N.
34

P Ræcipuum, quod præ oculis habendum, est Tridentini Decretum sess. 23. de Reformatione cap. 15. quod dicit: *Quam-*

vis Presbyteri, in sua Ordinatione, à peccatis absolvendi potestatem accipiam, decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse Confessiones Secularium, etiam Sacramentum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus judicetur; & approbationem, que gratis datur, obtineat; privilegio & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus. Hæc Tridentinum.

Quamvis autem selectissima potestatem in N. Tridentini commendationem referre, satis suffu perque erit illud attentè revolvere, prodibit illico Spiritus Divini Magisterium Ecclesiam suam instruentis, quid credere, quid agere, quid fugere, quid reformare debeat. Satis quod refert Barbosa in collectaneis ad Tridentinum sess. 25. de Reformatione cap. 3. n. 2. Carolum V. in Germania, & Hispania curasse ut Tridentini Decreta reciperentur: Et idem à Philippo II. ejus Filio prelitum: & Hispaniarum Regem vocari Concilii Tridentini Protectorem, ad quem recurri legitime potest pro defensione eorum, qui in Tridentino continentur. Quin à de Reformatione cap. 20. n. 15. ait non tantum Regem Catholicum, sed supremos Reip. Catholice Principes esse Decretorum Concilii Protectores. Omitto Doctores copiose jura morem ab eo citatos. At, me judice, quod omnem excedit laudem est, institutum Romæ Congregationem, cujus maxima cura est Tridentini Decretis invigilare.

Sed redeo ad Trid. Decretum. Ecce primo, per tō nullum excludi quemcumque ab Episcopo non approbatum; ergo nullus, et si Regularis, et si Theologicus, & juris Canonici laureat celebrissimus, si ab Episcopo approbatus non sit, aut Beneficium Parochiale non habeat, absolvere potest. Lege P. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 28. sect. 5. & 6. P. Fagund. in 2. Ecclesie Præceptum lib. 7. c. 3. Card. de Lug. d. 21. de Pœnit. & alios passim. Porro per Beneficium Parochiale seu Curatum venit Beneficium curæ animarum conjunctum, seu, ut alij, venit Beneficium cum jurisdictione ordinariâ, ut ait P. Suar. l. c. sect. 4. n. 21. P. Fagund. l. c. n. 41. P. Barti p. 2. tr. 5. cap. 2. n. 4.

Ecce 2. per tō non posse decerni à Tridentino, nullum absolvere posse nec licite, nec valide, nisi sit ab Episcopo approbatus: (ex capite semper qui Beneficium Curatum habent) ex gr. Parochi in sua Parochia, Episcopi in sua Diocesi, & Prælati Regulares majores quoad suos subditos. Ita P. Sanch. lib. 6. de Matr. d. 38. n. 20. Bossius de triplici Patri-

Privilegio Jubilæi *scilicet* 3. m. 79. & alii apud Barb. in Collect. *scilicet* 23. de Ref. *cap.* 15. n. 4. & 5. Dixi non posse *valde*: quia et si omnes Sacerdotes vi Ordinis habeant absolventi facultatem; ea tamen ut executioni mandetur, eget approbatione: ergo qui sine approbatione absolvit, quia sine potestate proximam absolvit, invalidè absolvit: & qui à non approbato absolutus fuit; quia absolutus non fuit; tenetur, ut novit, confessiones reiterare. De quo infra.

N. 38. Ecce 3. Confessorem ab Episcopo non approbatum; ex Tridentino reputandum non idoneum; et si foret doctrinam, & virtute conspicuus. Cur autem non est reputandus idoneus? sanè, non quia careat absolventi potestate? hanc enim ex vi Ordinis habet, ait, expressè Tridentinum, sed quia ea potestas erat quasi conditionata, seu nisi ab Episcopo sacerdos ille approbaretur, ut Tridentinum declarat.

N. 39. Ecce 4. Concilium hoc solum Decretum vult adeo inviolabiliter observandum, ut deroget omnibus privilegijs, & omnem etiam immemorabilem aboleat consuetudinem, sua definitioni oppositam, insinuat obiter antiquo Sacerdotum more, se hauriò absolventi, & Parochiarum consuetudine, qui suas vices absolventi oves suas committent Sacerdoti cui volebant, et si non approbato ab Episcopo. Quæ opiniones sunt certò falsæ, & Tridentino oppositæ.

N. 40. Ecce 5. non sine magno mysterio à Tridentino expressum ab Episcopis, non ab Episcopo; quòd tamen à nemine observatum legitur; inuenis non satis unius Episcopi approbationem; ut precluderet aditum sententijs assentientibus; quòd approbatus in uno loco sit ubique approbatus; & approbatus ab Episcopo antecedenti sit approbatus subdituto alio: Multo ergo Tridentinum Sacerdotem ab Episcopo, immò ab Episcopis approbandum. Ab Episcopo loci, si Confessor audiat confessiones eo in loco, & eo non mutato. Ab Episcopis, si hic & alibi, aut mutato eo in loco Episcopo.

N. 41. Ecce 6. quòd licet Tridentinum expressis verbis unice tradat, quòd sit necessaria approbatio Episcopi, preinsidendo, an Dicesant, an cujuscumque; atque adeo ex vi Tridentini textus unice damnata sit hæc ei contradictoria, *Non est necessaria approbatio Episcopi*; attamen negari nequit, quòd alijs successu temporis à Pontificibus damnatæ non opponantur ipsi Tridentino. Pater ex Pontificibus, qui damnantes sinistras aliquas Doctorum interpretationes, & opiniones, expressè fatentur se Tridentino in hære-

re, immò ideo damnant, quia Tridentino oppositæ; ergo signum est, quòd dictæ opiniones à Pontificibus damnatæ intelligebantur à Tridentino damnatæ. Pater quoque ex sine Tridentini, qui est Episcoporum auctoritati, & jurisdictioni prospicere: ergo quæcumque opinio cludens hunc Tridentini finem præintelligitur à Tridentino damnata: & ideo Pontifices dum aliquas subinde damnarunt, sæpius fatentur se Tridentino in hære; quasi implicite saltem forent à Tridentino damnatæ.

Ratio à priori est; quia ubi est eadem rationis identitas, & damnationis motivum, si una damnatur, damnatur & alia; sed eadem est motivi identitas in hæc, *Non est necessaria approbatio Episcopi Diocesani*, ac in hæc, *Non est necessaria approbatio Episcopi*; ergo si hæc, ut opposita Tridentino assenti, approbationem Episcopi esse necessariam, est damnata; etiam illa censenda est damnata. Minor probatur; quia motivum ob quod damnata est hæc, *Non est necessaria approbatio Episcopi*, est, quia tollit, tum subjectionem Confessorum necessariam, & Episcopis omni jure debitam; tum ne Episcopi suas vices respectu suarum ovium impliant, ejiciendo lupos, seu Confessores nullius doctrinæ, & virtutis; sed hoc idem motivum inest, ut patet huc propositioni, *Non est necessaria approbatio Episcopi Diocesani*; ergo si prima damnatur à Tridentino, & ista. Similiter si opposita primæ deciditur à Tridentino ut vera, nempe, *Est necessaria approbatio Episcopi*; opposita quoque secunde intelligitur identitate motivi decisa ut vera, nempe, *Est necessaria approbatio Episcopi Diocesani*.

Hoc si advertissent Patroni damnatarum, quòd ubi est eadem motivi identitas, idem est utriusque opinionis meritum, ita ut, si una damnatur, & alia; si una approbatur, & alia; nullam dedissent Pontificibus ansam damnandi expressis terminis eorum opiniones, Decretum, & finem Tridentini eludentes; & quòd amplius miror est, non ducti aliquà gravi ratione, sed unice hæc, quòd eorum opiniones non opponantur expressis terminis Tridentino. Ita enim arguunt.

Ex Tridentino non est necessaria nisi approbatio Episcopi; ergo Sacerdos aliquo in loco ab aliquo Episcopo approbatus potest ubique absolvere. Aliæ posteriores ita: Ex Urbano VIII. & alijs non est necessaria nisi approbatio Diocesani; ergo limitatè à Diocesano approbatus potest illimitatè absolvere. Aliæ demum post Decretum Clementis X. quoniam post Innocentij XII. Bullam in sua rudi literatura contumaces ita: Non est necessaria

Q9 cessaria

cessaria nisi Diocesani approbatio: ergo à Diocesano antecedenti approbatus, etsi à sequenti non approbatus, recusante examen Confessore, poterit sub Diocesano sequenti absolvere. Sanè si idem est, ut est, reprobationis motivum in allatis consequentijs, ac in illà primà, *Non est necessaria Diocesani approbatio*; quid interest, quòd illæ formalibus terminis non opponantur explicite Tridentino; quasi vero in Decretis Tridentini, & Pontificum purus verborum materialium cortex, non eorum sensus formalis, & multò minùs Tridentini scopus, qui est subiectio Confessoriorum respectu Episcoporum; nec non Episcoporum finis & munus, in providendis pro suo grege Confessarijs aptis, attendendus non foret, præsertim cùm Pontifices clariori luce à Divino Spiritu illustrari fateantur, se inherere Tridentino? Si ergo illas damnant, ille eadem opiniones supponentur à Pontificibus ab ipso Tridentino damnate: non formalibus verbis, ut certum est; sed identitate finis & motivi: cùm enim Tridentinum definiat necessariam Episcopi approbationem, definire intelligendum est, Diocesani Episcopi; rursus Diocesani Episcopi facultatem limitatam aut illimitatam; similiter Diocesani tunc præsentis eo tempore, quo Sacerdos absolvit, non quo discessit: & cùm opposita Tridentino, *Non est necessaria approbatio Episcopi*, sic damnata, intelligendum quoque, quòd Tridentinum in eadem, vi identitatis motivi damnaverit has, *Non est necessaria Diocesani: Non est necessaria illimitata approbatio ad illimitatè absolvendum: Non est necessaria Diocesani præsentis, satis antecedentis, et si renuente Episcopo præsentis*. Omnes enim istæ jurisdictionem Episcopi lædunt, omnes Episcopalem vigilantiam in suum gregem ab Episcopis exterminant.

S. II.

Alia.

SUMMARIUM.

Approbatio, & jurisdictio quid? & qualiter differant? 45.
Jurisdictio absolvendi invalida, nisi à Diocesano, ubi quis absolvit, sit approbata, n. 46.
Cur? ibid.
Alexand. VII. damnat, quòd injustè reprobatus valdè absolvat, ibid.
Morbundus potest à simplici Sacerdote absolvi, ibid.
Regulares, ut sæculares absolvant, præter Episcopi approbationem, egent sui Prælati licentiâ, n. 47.

Olim concessa Regularibus privilegia absolvendi sæculares, etsi dicti Regulares non jurent ab Episcopo approbati, n. 48.
Sunt à Tridentino revocata, ibid.
Clemens X. in sua Bullà plurà statuit in favorem Episcoporum & plurà in Regularium, n. 49.
Quando Papa loquatur ut Papa? n. 50.
Decretis definitivis, & legislativis, quia definitivis, etsi non promulgentur, damnatio consistit, statè tenemur lege naturali, ibid.
Damnata à Papà non est scandalosa, quia damnatur, sed damnatur, quia scandalosa, ibid.
A Decretis Papa definitivis, nec à Legibus in definitione sanctatis, nulla fieri potest supplicatio, n. 51.

Dixi tom. I. d. 1. n. 123. quid sit Approbatio; & quid Jurisdictio. Illa est iudicium de doctrinà, & moribus Sacerdotis, si ve ea constet per examen, si ve per publicam famam. Hæc est expedita absolvendi licentia, quæ limitari, & non limitari potest, juxta concedentis arbitrium, & Sacerdotis meritum; etsi enim jurisdictio absolvendi vi Ordinis, ut ait expresse Tridentinum *cap. 23. de Reform. cap. 15.* conferatur, ea tamen invalidè exercetur, nisi in eos subditos, in ordine ad quos Ecclesia, ejusque Episcopi approbantes determinat: excepto, ut Trident. *l.c.* declarat, mortis articulo, in quo omnis Sacerdos simplex, seu non approbatus absolvere potest, ob inditam vi ordinis jurisdictionem. Porro approbatio, & jurisdictione ita inter se differunt, ut mutuo separabilia sint: nam omnis Sacerdos habet jurisdictionem, nec tamen omnis est approbatus: similiter potest laicus, per errorem approbati, nec tamen habet jurisdictionem. Alia inter utramque discrimina dat P. No. P. 8. *gucit. d. 14. n. 11.*
 Secundo advertendum tam necessariam esse in omni Sacerdote, Beneficio curato non fruente, Episcopi Diocesani approbationem; (non dico ad licentiam, sed ad ipsum Sacramenti Penitentia valorem) ut nulla sit sine eà approbatione absolutio. Patet ex à me dictis tom. I. d. 1. n. 123. & ex citato Tridentini textu *scilicet. 23. de Ref. c. 15.* in quo dicitur non posse confessiones audire, & non esse reputandum idoneum; etsi vero non posse, intelligi quiret, alia tamen verba idoneitatem valdè absolvendi excludunt: sic quia amens, dormiens, laicus, mulier non sunt idonei absolvere, invalidè absolunt. Patet quoque ex Alex. VII. *dam. Alex. VII. dam. Alex. VII. dam. Alex. VII. dam.* nante, quòd confitens Regulari, etsi injustè reprobato ab Episcopo, cui præsentatus fuit, satisfaciat Confessionis præcepto. Non ergo licet

Iaris ille satisfacit; cur autem? nam sua peccata candidè exponit, cum dolore, & proposito accedit. Sanè non nisi quia Regularis ille, cui confessus fuit, non erat ab Episcopo approbatus: ergo ad absolutionis valorem necessaria, etiam in Regularibus, Episcopi approbatio. Vid. P. Moy. tom. 1. tract. 3. d. 7. qu. 1. n. 8. & qu. 2. n. 1. & nos infra. Dixi autem omnes à Dicecesano approbandos ut absolutio sit valida, excipiendo illos, qui gaudent Beneficio curato, & mortis articulo; illi enim ex sui officij sui valide absolvent potestate ordinariâ absolventi, saltem duas oves, adeoque approbandi ab Episcopo non sunt, cum vi officij sui valide absolvent. Qui verò moriuntur, ab omni simplici Sacerdote absolvi queunt, ex vi Ordinis dantis cuique Sacerdoti absolventi facultatem, qui in mortis articulo jacent.

N. Tertiò quòd Regulares, præter Episcopi approbationem, egent licentiâ sui Prælati, non quidem, ut *valide* absolvant seculares; nam ad absolutionis valorem, satis est Episcopi approbatio, sed ut eos licite, sine mortali, aut veniali culpâ, prout quilibet Prælatus, suis insistent regulis, judicaverit, absolvat; ut rectè P. Bardi pag. 273. n. 47. 48.

P. Bard. P. Fagund. Poreft. 49. P. Fagundez in 2. Ecclesiæ Præceptum lib. 7. cap. 2. n. 32. Porcitat. tom. 1. n. 3287. & alij.

N. Quartò dubitari non posse, plura hæcenus Regularibus. Confessarijs concessa fuisse privilegia, juri Canonico inserta, præcipuè in Clementinâ Dudum de sepulturâ, inter quæ conceditur à Papâ PP. Dominicânis, & Franciscanis, ut eorum Confessarij à suo Superiore præsentati Episcopo, & ab hoc injustè reprobati, possint absolvere valide seculares. Alia per disputationis decusum dabo privilegia, inter quæ aliqua sunt qualihæcata, alia non. Illa sunt expressè nominanda; dum revocantur hæc non, ut docent omnes DD. scribentes in caput. 1. de Rescript. At equè certum est plurima Regularium privilegia fuisse à Tridentino l. c. revocata per clausulam, non obstantibus privilegijs, & quacumque immemorabili consuetudine; idemque severioribus verbis præstitum ab Urban. VIII. à Clem. X. & ab Innocent. XII. Dixi, plurima, non dixi, omnia, ut constat ex ipsamet prudentissimâ Clementis X. Bullâ, in quâ dum plures opiniones ampliantes Regularium facultatem reprobant, reprobant quoque plures, quæ eam coarctant, approbando oppositas: & ideo præcipit, ne Regulares reperti per examen generaliter idonei, cum limitatione admittantur; ne sine novâ superveniènte causâ iterum ab eo-

Tom. III.

dem Dicecesano examinentur: ne, inconsultâ Sede Apostolicâ, tollatur integro conventui Regularium absolventi licentiâ. Lege quæ dedi d. 1. n. 120. 123. ex P. Suar. d. 28. P. Sathi de Pœnit. sect. 1. n. 15. Card. de Lugo disp. C. de 21. de Pœnit. n. 6. P. Moy. tom. 1. tr. 3. d. 7. qu. 2. m. 1. qui, & fere omnes alij, etiam ante Clem. X. Bullam hoc ipsum statuentem, docuerunt, concedendum illimitatam absolventi licentiâ Regulari reperto illimitatè idoneo; quin contra justitiam eum Episcopum peccaturum graviter, si post examen eam negaret. Ratio est; quia ipsa approbatio, si prævio examine fiat, est sententia de idoneitate: ergo nequit negari absolventi licentiâ juxta idoneitatis limitatæ aut illimitatæ mensuram. Vid. P. Nogueira p. Nogueira d. 14. sect. 15. & 16.

Quintò recolenda hæcenus à me traditâ d. N. 1. 2. 3. doctrina de Pontificijs Decretis, quorum aliqua esse possunt Papæ ut Doctoris privati, alia ut Doctoris totius Ecclesiæ: in his esse prorsus infallibilem, in illis posse esse fallibilem est certum. Tota difficultas est in discernendo, quando nam Papa in suis Decretis se habeat ut Papa, quando ut Doctor privatus. Dedi autem d. 2. n. 3. ad 29. certa signa, ex quibus hoc colligere possumus, nempe, cum Papa omnes Christi Fideles alloquitur, non tantum cum motu proprio, certâ scientiâ, & de plenitudine potestatis, quæ omnia sæpè insunt Decretis purè legislativis, sed cum declarat doctrinam aliquam eamque sine replicâ vult ab omnibus cæcò mentis obsequio admittendam, comminatis in opinionem oppositam censuris Theologicis; & in opinantes oppositum censuris pœnalibus. Ex his signis intuli l. c. Decreta Clem. VIII. Urban. VIII. Alexand. VII. & Clem. VIII. Innoc. XI. esse ex Cathedrâ, & quamvis ea Decreta promulgata non forent, dum modo aliunde certo content esse, ob legem naturalem obligantem sequi, quod est certissimè verum, admittenda, ut docui d. 2. n. 54. ad 75. Dixi quoque d. 2. n. 31. & 36. puram esse de vocè questionem, an dictorum Pontificum declarationes dicendæ sint definitiones ex Cathedrâ. Similiter d. 1. n. 5. ad 9. & n. 15. ad 40. & d. 3. n. 21. dedi quæ disputatio de Decretis Pontificijs veteribus, & quod ipsa Pontificis censura supponat opinionis damnabilitatem, quâ suppositâ, Papa declarat damnatam; ut tradidi d. 1. n. 79. & d. 2. n. 28. & 92. Non ergo opinio damnata ex, gn. ut scandalosa, sit scandalosa per Papæ declarationem; sed e contra, quia in se ex suo objecto intrinsicè est scandalosa, ideo talis declaratur à Papa. Dixi quoque d. 1. n. 11.

Qq ij nam,

num. 84, 86. i. 16. damnata à Papâ esse pro utroque foro improbabilem, nec umquam, nisi ex errore, fuisse probabilem, & conscientie regulam; quin talem in se esse, qualem Papa qualificat; & esse, ut dedi d. 1. n. 101. 103. & d. 2. n. 36. 103. ad 113. tum directe, tum reflexè improbabilem. Demum docui quid necesse sit, (d. 3. n. 67. ad 72.) ne culpa aut excommunicatio incuratur.

Conc. Vien. Joan. Ant. de Panor. An autem opinio aliqua definita à Papâ ut probabilior (ut accidit in Concilio Viennensi, quòd sententiam tuentem in Baptismo remitti culpam, & infundi gratiam, & habitus, definivit probabiliorē negante) reddat oppositam improbabilem, dixi tom. 1. tr. 1. Vide Joan. Anton. de Panormo, qui hoc cap. 7. art. 11. per totum studiosè digerit.

N. 51. Atamen inter cetera, quæ circa Pontificia Decreta latè discussi, nil magis pro præfenti disputatione tenendum, quam quòd inter Decreta, alia sunt pure declarativa, nempe quæ veritatem aliquam pro totâ Ecclesiâ declarant; alia purè legislativa, nempe quæ aliquid vetant, aut præcipiunt; alia mixta, nempe quæ pro totâ Ecclesiâ aliquid simul declarant, & jubent. Declarativis ita standum, ut statim ac consent, etsi non promulgentur, eorum veritas ab omnibus sit amplectenda; nec ab illis fieri potest supplicatio, ut innui d. 3. n. 53. 61. quis enim, nisi excors sit, exemptionem à non credendâ veritate sibi certo notâ postulet? Legislativis purè talibus ita standum, ac statim alijs Legislatores Legibus, quæ diversis sæpe subjacent uno in loco circumstantijs, nec quòd prudenter in uno loco præcipitur, & in alio præcipitur, & ideo à purè Legislativis fit supplicatio, quin experientia docet non omnem legem Pontificiam ubique obligare; ita lex de jejunio obligat pleròque ne sagimen edant, non ita in Sicilia regno. Declarativis simul, & legislativis, si lex fundetur in declaratione, standum inviolabiliter: tunc enim lex Pontificia non vetat purè praxim, sed praxim objecti, & opinionis declarat ex objecto scandalosa: & ideo toties inculcavi, quòd etsi Papa non vetaret talem opinionem, & praxim, dummodo aliunde constaret Papæ definitio, quòd opinio sit scandalosa, teneor lege naturali ab ejus praxi abstinere. Hæc immobili intellectu tenenda, & applicanda Decretis Urb. VIII. Clem. X. & Innoc. XII. illicò enim patet ea esse à Papâ ex Cathedrâ definiente, & totius Ecclesiæ Legislatore, sunt enim declarativa; & quia talia, sunt legislativa.

Urban. VIII. Clem. X. In XII.

§. III.

Reliqua.

SUMMARIUM.

Papa nequit definitionem alterius Papa revocare, respicit legem, & privilegia, n. 52. & 56. 57.

Aligna à Pontificibus privilegia Regularum revocata, ibid. & n. 53. 54.

Pontifices utentes verbis de futuro non derogant futurorum Pontificum auctoritati. Omnes sunt æquales, n. 55.

Maximum discrimen inter Pontifices definites, & legem ferentes, ibid.

B. Pius V. refert viginti sex gravamina, quibus Regulares ab Episcopis vexantur, n. 56.

Omnia privilegia, quibus Episcopali juri contra Tridentini dispositionem præjudicatur, sunt revocata, n. 57.

An Regulares in suis Ecclesijs concionari possunt remittente Episcopo? Ibid.

Omnes Pape æquali definitivâ, & legislativâ potestate gaudent, n. 58.

An Regulares possint extra Italiam vi suorum privilegiorum absolvere ab omni casu Pape reservato, exceptis qui in Bullâ Cene, ibid.

Catalogus excommunicationum, extra Cane casus, soli Pape reservatarum, ibid.

Excommunicantur recipientes pro Religioni ingressu, ibid.

Jus Episcopale summe attendendum, n. 59.

Possunt Episcopi augere Canonum penas, exceptâ lata sententia excommunicatione, ibid.

Dignitas Episcopalis quam timenda, ibid.

Leges sint paucæ, n. 60.

Dictum S. August. & S. Thoma in eis, qui leges multiplicant, ibid.

Excommunicationes sint raræ. Acutissima Sciti reflexio, ibid.

In præfenti materiâ præponendi Theologi Melanini, n. 61.

Insigne Gersonis dictum de Theologi, quid non magis favere debent potestati, sive spirituali, sive seculari, quam veritati, ibid.

Magnum inter Cruciatam Hispanam, & Lusitanam discrimen, n. 62.

SEXTO, certum prorsus esse, nullum Pontificum posse, vel tuam, vel aliorum Pontificum ex Cathedrâ loquentium definitionem retractare: si enim hoc posset, nullus Papa foret infallibilis. Potest tamen quilibet Papa suam, aut aliorum Pontificum legem pure Ecclesiasticâ, in neutro jure, nec Divino, nec naturali, fundatam revocare: nec non privilegia vel à se, vel ab alijs cõcessa tollere, aut restituere. Patet hoc experientiâ oculorū, quia Clemens X. declarat, quòd privilegia

Bonif. VIII. privilegia olim à Bonifacio VIII. & Clemente V. in Clementinâ *Dudum*. de sepulturâ Regularibus concessa, quod satis illis erat, ut te præsentarent Episcopo, non verò, quod ab eo approbarentur; declarat, inquam, Clemens X. fuisse à Tridentino revocata, etsi ea inclusa forent in corpore Juris aut ex titulo oneroso, vel in limine foundationis, etiam Mari Magno, seu Bullâ aurâ.
 N. Patet ex Urban. VIII. qui in Bullâ suâ, *In speculâ*. editâ anno 1630. dicit, se in Bullâ editâ anno 1624. concessisse PP. Prædicatoribus per quinquennium facultatem eligendi Confessarium, qui Cruciatæ indulto absolveret; quod tamen privilegium, elapso quinquennio, expiravit, negando quod vi Cruciatæ quilibet à quolibet approbato absolvi possit à reservatis.
 N. Patet ex textu Trid. toties citato *sess. 23. de Ref. c. 15.* & ex postremis Clementis X. & Innocentij XII. Bullis, qui inhærentes vestigijs Clementis VIII. & Urbani VIII. quorum totus conatus fuit extirpare abusum in Religionibus inductum, ad Prælatorum Regularium clamores de observantiâ Regularium conquirentes, excitati, edicere dicti duo, Clemens VIII. anno 1599. & Urb. VIII. anno 1630. Bullam, quâ declarant nullum inesse Cruciatæ privilegium, aut facultatem, ut Regulares pro libito absolventur à quolibet approbato. Horum vestigijs inhærendo Clemens X. tollit omne privilegium Regularibus concessum seculares absolviendi, si Regularis sit à Diocesano approbatus, si non: Innocentius verò omnem somniam in Cruciatâ facultatem, ut tam secularis, quam Regularis à quolibet approbato, vi Bullæ Cruciatæ, absolvi possit: de quo plura paulò post.
 N. Septimo, quod licet Pontifices utantur verbis de futuro, dicendo constitutiones suas *perpetuo valisuras*, & Urban. VIII. in Bullâ anno 1628. die 17. Novembris emanatâ, in quâ tractat de Privilegijs Regularium absolviendi à casibus Bullæ Cœne, & à reservatis ab ipsis locorum Episcopis ait: Proinde Regulares cujusque Ordinis... in vim Privilegiorum, aut Confirmationum hujusmodi, quatenus vel hæcenus obtinuerunt, vel deinceps, (*N.B.*) forte obtinebunt non posse quemquam absolviere à casibus reservatis in Bullâ Cœne, aut loci Ordinarijs. Si tunc fecerint, absolutiones nullas atque irritas fuisse ac fore. Hæc Urban. VIII. Licet ergo Pontifices utantur verbis de futuro, non inde sequitur, quod succedentes Pontifices equali non gaudeant autoritate, siue definitivâ, siue pure legislativâ, quâ anteriores: gaudent
 Tom. III.

enim, nam idem, servatâ tamen eadem Pontificum anteriorum definitione, iterum definire possunt: similiter idem concedere, aut negare possunt, quod anteriores, prout hic nunc Ecclesia regimini conveniat, aut disconveniat: & ideo Urbanus VIII. appositè dixit, *forte obtinendorum*: potest enim se se offerre occasio, quæ reviviscantiam Privilegiorum exigat. Quare totus Pontificum, ut pure legislatorum, non ut definitivum, conatus, (ut notavi *initio hujus §. n. 52.* est enim maximum inter utrumque discrimen bene tenendum, ne quis enormiter labatur dum utuntur verbis de futuro, non est tollere à sequentibus Pontificibus facultatem concedendi privilegia hæcenus concessa, quæ non nisi ob abatum, ut inter cæteros fatetur Urban. VIII. non verò ob malitiam illis insitam sublata sunt; sed totus conatus est declarare à Tridentino revocata ea privilegia, & decidere, quæ absolutiones eorum prætextu datæ sint nullæ. Quod si ex speciali indulto à Pontificibus concederetur privilegium, ut possunt, nam supra Tridentinum sunt, alicui aut aliquibus Regularibus, ut à casibus Bullæ Cœne absolveret, aut à reservatis ab Episcopo, absolutiones tunc forent validæ.
 Octavo, scio Tridentinum *sess. 24. de N. Ref. cap. 4.* expressè statuere, quod *Nullus, si- ve secularis, siue Regularis, etiam in Ecclesijs, Tridentinorum Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare presumat.* Scio quoque quod *sess. 23. de Ref. cap. 15.* asserat, *nullum etiam Regularem posse confessiones secularium audire sine Episcopi approbatione.* Attamen simul scio, quod Pius V. suâ Bullâ quadragesimâ primâ, quæ incipit, *Etsi Mendicantium*. editâ 6. Majj anni 1567. in quâ referuntur viginti lex gravamina, quibus Episcopi vexant Regulares, ponit inter illa, quod Regulares non possint in proprijs Ecclesijs, contradicente Episcopo, prædicare; & quod Theologiae Lectores à suis Superioribus præsentati, nequeant seculares audire nisi ab Episcopo approbentur. Oppositum autem statuit Pius V. concedens ut prædicent, & absolvant. At Privilegia omnia, in quibus Episcoporum autoritati contra Tridentini dispositionem præjudicatur & adversatur, Barbosa ait *sess. 25. de Ref. cap. 21.* à B. Pio V. 13. Kalendas Martij anno 1565. revocata, quin supradictam Bullam Pij V. quæ incipit, *Etsi Mendicantium*. dicitur à Gregor. XIII. revocata, quantum ad ea, quæ Episcoporum autoritati contra dispositionem Tridentini adversantur. Verumtamen siue ea B. Pij V. Bulla fuerit à Greg. XIII. revocata, siue exposita,
 Qq iij
 satis

Urban. VIII. Greg. XV.

Cont. vna. Fran. aut. de laur.

Clem. X. Trident.

N. 58.

Clem. VIII.

Felix.

tatis erit meo Lectori legere Barboſam ſeſſ. 24. de Ref. cap. 4. n. 21. 22. 23. qui ex Urban. VIII. & Greg. XV. ait, quod Regulares in ſuis Eccleſijs prædicare poſſint, petita, eſſi non obſtente Epifcopi benedictione: non verò poſſint, non tantum non obſtente, ſed ea negata, ut vult Tridentinum. Sed Bulla Clementis X. hæc omnia decedit, eique omnino ſtandum; ait enim, Regulares, qui in ſui Ordinis Eccleſijs prædicare voſuerint, reſerri ab Epifcopo benedictionem petere; prædicare tamen poſſe, quamvis illam non obtinuerint. Quod ſi Epifcopus benedictionem necdum non conceſſerit, ſed etiam contradixerit, nec in prædictis Eccleſijs licere Regularibus prædicare. Hæc Clementis X. mixtus Urbano VIII. & Greg. XV. immò Tridentino, quod licet, ut ipſamet Sancta Synodus ſeſſ. 25. de Ref. cap. 21. ſubſcriptum quoad omnia à ſe delicta, & ſtatuta, ſit Sedi Apoſtolicæ, at tamen Clementis X. ſe conformat ipſi Tridentino.

Ecce quam certum eadem tum definitivâ tum legiſlativâ potestate omnes Pontifices ſive præteritos, aut præſentes, ſive futuros gaudere, nec quidquam per verba de futuro à futuris Pontificibus detractum. Ecce etiam in manu Pontificum eſſe confirmare aut derogare privilegio, quod alter Papa aut Concilium conceſſit, aut negavit; immò quod idem conceſſit aut negavit, ut conſtat ex Clemente VIII. qui Decretum à ſe emanatum anno 1601. quo ſtatuebat, quod nullus ſecularis, aut Regularis intra Italiam, extra Romam, ſuorum privilegiorum vi, abſolveret à caſibus Bullæ Cœnæ; immò ab alijs caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſubſequenti anno 1602. die 26. Novembris moderatus fuit, explicâdo, ſuo illo anteriori Decreto unice vetari ne abſolvât à caſibus Cœnæ, & à caſibus reſervatis ab Epifcopis, nec non à violatione immunitatis Eccleſiaſticæ, à violatione clauſuræ Monialium ad malum finem, à duello, à violentis manibus in Clericos immiſſis, à ſimoniâ reali ſcienter contractâ, & à confidentiâ beneficiâ, adeo ut ab omnibus alijs Sedi Apoſtolicæ reſervatis, (addo, exceptis novis caſibus à Papâ ſibi, præterquam in morte, reſervatis) Regulares vi ſuorum privilegiorum abſolvere poſſint, ait Felix Potest. tom. 1. n. 3473. qui deinde n. 3549. ſubdit catalogum excommunicationum ſolâ Papæ reſervatarum præter caſus Cœnæ: quas inter eſt, datus aut recipiens aliquâ per modum pacti, & conditionis, ob ingreſſum Religionis. Quæ excommunicatio, quo in contemptu hodie ſit inter illos, qui Prælaturas ambiunt, Regulares, eo exterminando immoderate cu-

piditatis motivo, ut Tyrannum ingreſſu maſſupium proprium impingent, in curando maiori Tyrannum numero Religionem opprimere, nemo eſt, qui non deploret.

Nono certum Epifcoporum auctoritatem omni conatu tuendam, tanto magis quod ex Jure Canonico meſt illis potestas augendi ipſas Canonum penas, exceptâ ſententiæ excommunicationis, cum edicta edunt pro morum reformatione: & ſape accidit ut ipſi Epifcopi in contradiſtionis ſignum ponantur dum improbis reſiſtunt: ideo eorum regimen dicitur laborioſum, quia à D. Chryſoſt. quem citat Barboſa deſ. offic. & poteſt. Epifcopi tit. 2. gloſſ. 2. n. 16. ſol. vocatur *Abyſſus* errumarum; & à S. Bern. ſerm. 12. in Cantica hortatur his verbis: *Fratres, revereamur Epifcopos, ſed curamur eorum labores, ſi labores penſemus, non aſſumamus honores.* Hæc Monacchi in Formul. pag. 366. n. 3. Simul tamen æque cavendum, ne Superiores in legibus ſub mortali, & ſub cœſuris ferendis ſint faciles, juxta illud Chriſti D. Matth. 15. *Alligant onera gravia, & im-portabilia, & imponunt ea humeris hominum; ſi digito autem ſuo volunt ea movere.* Quare S. Thom. 1. 2. qu. 107. art. 4. ait: *In quibus legibus humanis etiam Auguſtinus Epif. 119. c. 19. vult moderationem eſſe attendendam, ne converſatio Fidelium oneroſa reddatur.* Qui Religionem noſtram ſervilibus premunc oneribus, adeo ut tolerabilior ſit conditio Judæorum, qui legalibus ſarcinis, non humanis præſumptioſibus ſubjiciuntur. Idem ait Scotus in 4. diſt. 19. qu. 1. Litt. E. monens magnâ opus eſſe prudentiâ in excommunicationibus. *Frequens, inquit de tuo tempore, eſt hujus gladij percuffio, qui tamen raro invenitur ab Apoſtoliſ extractus.* In omnibus enim epiftoſis Pauli non invenies, quod excommunicant, niſi tribus vicibus, nempe, primâ ad Cor. 5. ad Galatas 1. & 1. ad Timotheum. Idem tradit Tridentinum ſeſ. 25. de Reform. cap. 3. *Vi gladius Eccleſiaſticus magnâ cum circumſpectione evaguetur, ne contemnatur, & perniciem potius quam ſalutem inferat.*

Decimo certum, quod in præſenti materiâ magis habendi ſunt Theologi juniores, quam antiquiores, qui ante Alex. VII. ſerpare: cum enim plures ab Alex. VII. & ſeſere: quæ Pontificibus damnata fuerint, & præcipue Clementis X. & Innocentij XIII. quibus opiniones ab antiquis magni nominis Theologis aſſertis certo probabiliſſibus erumpuntur, hinc in hæc materia de Conſe-

tionum valore, & Confessariorum potestate, modernis, qui de hoc scribere, antiquis præferendis; atque adeo præ ceteris legendi. P.

P. Moy. Moya in tertiâ editione, P. Cardenas, Felix Potestatis, P. de la Fuente in sua Theol. Reformatâ, P. Nogueira in Cruciatâ Luti- tanâ, P. Mendo in tsecundâ editione Lugdu- nensî Cruciatæ Hispanæ, P. Bardi in eam- dem, Bruno Neuffer in Polyanthea, Lum- bier in Damnatâ, M. Hozes in eadêm, Joan. Antonius de Panormo in suo Scrutinio Do- ctrinarum. Immo quò moderniores, eo, cæ- teris paribus, hæc in materiâ meliores, ut notaverat P. Nogueir. d. 14. n. 13. Quia ve- rò de Theologis ait: Tolerabilius est non habere, quam tales pati: non partiales, non seductos, non fa- sfuosos, non questuosos, aut invidiosos: non potestati- fseculari, non spirituali, plus quam veritati faventes. Hodie tamen conquiritur, quilibet præiudicio suo, aliqui, qui minus veritati favent, plus potestati.

N. 62. Undecimò certum magnum inter Bullam Cruciatæ Hispanam, & Luti- tanam quoad facultatem absolvendi interest discrimen, notat P. Nogueir. d. 15. scilicet. 6. nam in Luti- tanâ plures reservati in Bullâ Cœnæ casus excipiuntur, nempe primus, undecimus, duodecimus, decimustertius, decimusquar- tus, quos omnes non excipit Hispana. Luti- tanâ negat, ait P. Nogueir. d. 15. scilicet. 8. fa- cultatem comparandi aliam eodem anno, ut semel vi prioris Cruciatæ absolutus à reter- vatis in Bullâ Cœnæ, possit iterum eo anno à similibus casibus absolvi. At Hispana hoc permittit.

N. 62. Undecimò certum magnum inter Bullam Cruciatæ Hispanam, & Luti- tanam quoad facultatem absolvendi interest discrimen, notat P. Nogueir. d. 15. scilicet. 6. nam in Luti- tanâ plures reservati in Bullâ Cœnæ casus excipiuntur, nempe primus, undecimus, duodecimus, decimustertius, decimusquar- tus, quos omnes non excipit Hispana. Luti- tanâ negat, ait P. Nogueir. d. 15. scilicet. 8. fa- cultatem comparandi aliam eodem anno, ut semel vi prioris Cruciatæ absolutus à reter- vatis in Bullâ Cœnæ, possit iterum eo anno à similibus casibus absolvi. At Hispana hoc permittit.

SECTIO III.

Quid Confessores possint tam circa Seculares, quam circa Regulares?

N. 63. Dlatatissimam materiam, tot diversissi- mis, locorum, temporum, persona- rum, statuum, tam ex parte poenitentis, & Confessarij, quam ex parte approbantis, vel limitatæ, vel illimitatæ, & intermixtam, non exiguo labore ad hæc duo capita reduco. Pri- mo, quid Confessarij, sive sæcularis, sive Regularis, valide possit circa sæculares au- diendos. Secundo, quid Confessarij, sive sæcularis, sive Regularis, valide possit cir- ca Regulares audiendos. Quia vero hujus absolutionis valorem antiqui colligunt ex privilegiis, alij ex Cruciatâ, ideo tum ea, tum hæc examinanda.

§. I. Duplex conclusio.

SUMMARIUM.

Nullus Confessor nisi approbatus à Diocesano, ubi absolutus, potest vi privilegiorum, aut Cruciatæ absolvere valide sæculares, n. 64. Nullus quoque nisi approbatus à Prelato Regu- lari potest vi Cruciatæ absolvere Regulares valide, n. 65. Quid potestas delegata, quid ordinaria? n. 66. Ordinaria convenit illis, qui Beneficio Parochia- li gaudent, ibid. Ratio laxarum interpretationum fuit stare ver- bis, non fini Tridentini, n. 68. Eius finis est tueri Episcopale jus, quoad sum- mam regem reformandam, n. 69. Sine approbatione Confessorum, Episcoporum in- tentionem obtineri nequit, ibid.

PRIMA: Nullus Confessor, sive sæcularis, N. sive Regularis, nisi sit à Diocesano lo- 64. ca, in quo confessiones audit, approbatus, potest, sive ex vi Cruciatæ, sive ex vi privi- legiorum, supra taxatâ ab Ordinarijs appro- bationis limitationem, sæculares valide ab- solvere.

Secunda: Nullus Confessor, sive Regu- N. laris, sive sæcularis, nisi à Prelato Regula- 65. riorum Religiosorum, quorum confessio- nes audit, approbatus sit, potest vi Cruciatæ, supra conceitâ à Prelato limitationem, va- lidè absolvere Regulares.

Loquor semper de Confessore absolvente N. ex potestate delegatâ, non ex ordinariâ, 66. seu quam quis ex officio suo habet: qui enim ex ordinariâ absolvent, quæ convenit illis, qui Beneficio curato gaudent, ut sunt Episcopi, Vicarij generales, Parochi, & re- spectively ad sibi subiectos Prelati Regulares, hi omnes validè sibi subditos, absque novâ Diocesani approbatione, in sua Diocesi, aut Parochiâ absolvent.

Loquor quoque tum de sistâ privilegio- N. rum à Tridentino, Urban. VIII. Clem. X. & 67. Innoc. XII. revocatorum reviviscentiâ, tum de toties explosâ ab iisdem Pontificibus Cruciatæ facultate, absolvendi ab omni pec- cato omnes, qui eâ Cruciatâ utuntur: etsi Confessor nec in ordine ad sæculares sit ab Episcopo Diocesano, nec in ordine ad Re- gulares sit ab horum Prelato approbatus.

Porro præcipua ratio, quâ aliqui, & N. quidem non pauci, ducti sunt, ad docen- 68. dum exoticas opiniones à Pontificibus con- fixas est, quòd Tridentinum unicè requirat Episcopi approbationem; ergo, inquebant, alicubi

alicubi ab aliquo Episcopo approbatus, potest ubique abolvere. Similiter Cruciatam unice exigit ut eligatur approbatus ab Episcopo; ergo, inquiebant, approbatus, vi Cruciatæ electus, potest omnes ab omnibus casibus, seclulis paucissimis, quos excipit, abolvere; tanto magis, inquiunt, quod per novam Cruciatam eludantur omnia Pontificia anteriora Decreta, utpotè sibi suoque indulto opposita. Præter hanc prorsus frivolam rationem, ut Regulares se ab Episcoporum jurisdictione subtraherent, privilegia olim illis concessa, & a Tridentino revocata; & quidem, ut ait Urb. VIII. ob eorum abusum in sui præsidium convocabant, sive ea inessent Juri Canonico, sive vivæ voceis Oraculo, seu quæ in Bullis expressa non sunt, & facile, quia soli voci nituntur, varietati, & æquivocationi subsunt: quæ omnia dictus Urb. VIII. revocavit. Vid. P. Carden. *dist. 2. a n. 310. ad 384.* qui præclare rem omnem solvit.

Urban.
VIII.

P. Card.

N.
69.

Facile in auras diffaretur tanta improbabiliū opinionum seges, quin numquam solem vidissent, si earum Patroni unicum Tridentini scopum, qui erat Episcoporum jurisdictioni, & auctoritati propicere, considerassent. Quomodo enim Fidelium reformatio à Tridentino intenta obtineri possit, nisi per Episcopos? Quomodo Episcopi, nisi Pastores, Judices, Medicos, Magistros (hec enim sunt Confessariorum munia) cognoscant, eorumque integritatis in docendo, & vivendo consij sint? Igitur eligendi, & approbandi ab Episcopo ipso pro sua Dicececi Confessores, non tumultuariè recipiendi, nec sibi commisso gregi cæcis oculis præficiendi: omnis ergo opinio, quæ hunc Tridentini scopum non promovet, eliminanda; omnis, quæ promovet, amplectenda. Idem esto iudicium de Regularium observantiâ.

§. II.

Rationes.

SUMMARIUM.

Tridentinum illimitatè loquitur, n. 70.

Interpretantes restringunt, ibid.

Inanctio, ibid.

Cur non sit satis, ut Confessor sit alibi approbatus? n. 71.

Clemens X. ait se declarare quod alij anteriores Pontifices declaraverunt, n. 72.

Refero ex Clemente X. plures ab eo rejectas, ib.

Innocentius XII. quam vehementer invehatur in opinionem, quod quilibet alibi approbatus, non tamen hic, possit vi Cruciatæ, validè ab-

olvere, num. 73.

Declarat tales confessiones esse invalidas. Excommunicat docentes. Vetat cuique interpretari aliter suum Decretum, ibid.

Cruciatam nullum novum jus à Tridentino diversum induxit, n. 74.

Urbanus VIII. negat Cruciatam habuisse locum in Regularibus, quæ ait pendere quoad Sacramentum Penitentia à suis Prelatis, ibid.

Innocent. XII. negat tam de secularibus, quam de Regularibus, quod vi Cruciatæ possint ab alibi approbato absolvi, ibid.

Omnes hæc sunt definitiones Pontificia, ibid.

Alex. VII. damnavit, quod Mendicantes possint absolvere à referatis ipsi Episcopi. Quid valida sit confessio cum Regulari in iure reprobat. Quod Curati possint confiteri simpliciter Sacerdoti. Quod Regulares pro foro interno possint privilegijs derogatis, n. 75.

Decreta Pauli V. Clementis VIII. Urbani VIII. Clementis X. Innocent. XII. sunt definitiva, & legislativa, n. 76.

Offendo inductione Decretorum Urbani VIII. ibid.

Clementis X. n. 77.

Innocentij XII. n. 78.

Note in ea decreta, ibid.

DD. tuentes eas definitiones esse de fide, n. 79.

Prima sumitur ex Trid. *sess. 23. de Ref. N. cap. 15.* derogante omnibus Regularium privilegijs, & omni immemoriali consuetudini (intellige, oppositis Episcoporum auctoritati) & definitè absolute abque ulla limitatione, neminem, nisi sit ab Episcopis approbatus, abolvere posse, quin nec talem Confessorem habendum pro idoneo; ergo est contra expressam Tridentini mentem, & illimitatum ejus Decretum, quod omnibus etiam Regularibus negat, quod, nisi sint ab Episcopo approbati, abolvere nequeant, sinistris interpretationibus eludere. Quid enim oppositum magis Tridentino universaliter neganti, quin deroganti omnem consuetudinem, & privilegium, quam illud limitare per privilegia, quibus derogavit? Quid magis à vero alienum, quam Decretum negans omni non approbato ab Episcopo facultatem absolvendi, exponere, quod vi Cruciatæ cuique approbato, etiam alibi, eam det? Quid Tridentini intento magis adversum, quam asserere, satis cuiusque Episcopi approbationem, ut quis ubique validè absolvat? quasi verò unus Episcopi approbatio foret Pontificis approbatio, respectu cuius totus orbis Christianus una Dicecesis est: & omnes Episcopatus unus Episcopatus forent. Nemo igitur, nisi som-

niet, dicere potest, quod ad tuendum Decreti Tridentini Decretum, satis sit Episcopi approbatio, intelligendo cujusque Episcopi, sed necessariam Episcopi Diocesani, cujus in loco Confessor audit Confessiones, approbationem. Nec enim asseri potest, cuique Episcopo tantam inesse facultatem, ut quilibet ab eo approbatus, sit pro omni Diocesi, cui ille non præcit, approbatus: nec quod Papa cuique Cruciatu habenti talem concesserit facultatem, ut quemlibet quocumque in loco approbatum in suum Confessorem, in loco, quo non est approbatus, eligere possit.

N. Confirmitur: quia Tridentini finis fuit
71. Episcoporum authoritati prospicere, ut facilius munus suum obirent, in vigilando Diocesanorum suorum reformationi, per Medicos spirituales vitæ, & doctrinæ integritate à se approbatos, non ab alio; non enim æqualia in omni Diocesi vitia, æqualis ubique cultura; & qui uni infirmitati mendum satis, non satis læpe mendum alteri: ergo approbatio, quæ in unâ Diocesi satis, non satis pro altera: ergo Confessor à Diocesano, cujus in loco absolvit, est necessario approbandus. Hoc verò intentum omnino frustratur, si uno in loco approbatus, sit ubique approbatus; & admissis privi legijs Regularium, quibus Tridentinum derogavit, & assero Cruciatæ indulto, quod liceat vi Cruciatæ quemlibet, etsi non à Diocesano, aat Prælo Regulari approbatum eligere, ut seculares, aut Regulares à reservatis absolvat: cui Cruciatæ indulto omnino ficto restitit totis viribus Clem. VIII. & Urban. In. XII, VIII. & Innoc. XII.

N. Secunda sumitur ex Clemente X. qui in suo exordio apertè dicit, se collectis in unum Pontificum antecessorum constitutionibus, & declarationibus, his novis suis Apostolicis Litteris eas roborare: Si ergo vult iterum roborare suorum Prædecessorum constitutiones, evidens est, quod, quæ Clemens X. in suâ Bullâ decernit, & ex certâ scientiâ, & perpetuè valiturâ suâ constitutione declarat, fuisse prius à suis Prædecessoribus declarata. Sed quod Clemens X. in hac suâ Bullâ declarat, est, non posse Regulares alibi approbatos, sine novâ Episcopi, cujus in Diocesi vivunt, approbatione seculares audire: non posse Regulares generaliter ab Episcopo pro audiendis secularibus approbatos, Moniales sine speciali approbatione absolvere: non posse Regulares pro uno Monasterio approbatos, audire alterius Monasterij Moniales, nec pro unâ vice approbatum, aut pro mense, posse se-

pius, aut elapso mense eas audire: non posse qui habet absolvendi à casibus Sedi Apostolicæ reservatis facultatem, absolvere à reservatis per Episcopum: non revixisse sublata à Tridentino Regularium privilegia per novam confirmationem: quin idem Clem. X. apertè ea omnia annullat clautulis irrefragabilibus: & quod caput est, declarat irritum quidquid contra suum Decretum, etiam ignoranter attentetur: ergo hæc omnia ex mente Clementis X. fuere prius à suis Prædecessoribus stabilita: ergo interpretatio vel ex vi privilegiorum, vel ex vi Cruciatæ est planè contra Tridentinum, & Pontificum Bullas, ante Clementem X. de hac re editas: ergo ex Tridentino alijsque prioribus Pontificum Decretis, nemo, sive vi privilegiorum, sive vi Cruciatæ absolvere potest, nisi sit approbatus ab Episcopo pro Sæcularibus, aut à Prælo Regulari, pro Religiosis, loci in quo absolvit.

Tertia sumitur ex Bullâ Innocentij XII. N. qui totus dirè, & jure merito fervet in opinionem, & opinantes, quod Confessor uno in loco approbatus possit vi Cruciatæ absolvere omnes ad se accedentes, etsi non sit approbatus ab Episcopo loci, in quo confessiones audit. Porro tam vehementer in hanc opinionem invehitur, ut eam dicat damnatam ac reprobam à Paulo V. Urban. VIII. Clem. X. & pluribus Tridentini Congregationibus, eamque iterum à se examinatam, atque adeo, inherendo dictis Pontificum Decretis, se proprio motu, seu consilio, & ex certâ scientiâ, & matura deliberatione, de Apostolica Sedis plenitudine, decernere, quod Confessores, sive sint Sæculares, sive Regulares, vi Cruciatæ electi, nequeant absolvere eligentes, nisi dicti Confessarij sint ab Episcopo aut Ordinario loci, in quo confessiones audiunt, approbati: etsi eligentes forent penitentes ejusdem Confessoris, alibi quoad illos approbati. Quin irritas, & invalidas fore confessiones in posterum, contra hoc Decretum, & alias Pontificum constitutiones faciendas; & omnem oppositam quomodocumque opinionem, ex plenitudine potestatis declarat, & damnat, ut fallam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosam; & Confessores oppositis opinionibus inhaerentes declarat ipso jure à confessionibus suspensos; & derogat, & abolet omnem contrariam consuetudinem, & vetat omnibus Christi Fidelibus, etiam expressè nominandis, sub excommunicatione ipso facto, absque aliâ declaratione incurrendâ, soli Papæ, excepto mortis articulo, reservatâ, ne quis eam opinionem doceat &c. Immo ne ullus, etfi

Paul. V.
Clem.
VIII.
Urban.
VIII.
Clem.
X.

etli S. R. E. Cardinalis, aut à latere Legatus, aut Commissarius Generalis ipsius Cruciatè aliter interpretari audeat suas has litteras, quæ semper firmæ, validæ, & efficaciæ habendæ sunt, & semper inviolabiliter servandæ; & quidquid scienter aut ignoranter contra eas tentetur, irritum, & inane futurum. Non obstantibus quibuscumque privilegijs, etsi juramento, Apostolicâ confirmatione, aut aliter roboratis.

N.

74.
Paul. V.Clem.
VIII.
Urban.
VIII.

Quarta sumitur ex Paulo V. aperte dicente, quod Cruciatæ nil novi juris à Tridentino stabilitum induxerit, & irritum inane quidquid in oppositum attentatum fuit, & à Clem. VIII. qui in Bullâ anni 1599. declaravit, fatente Urbano VIII. quod Cruciatæ quantum ad eligendum Confessorem, & absolvendum à reservatis, nullum habeat in Regularibus locum, quos in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ siorum Prælatorum dispositioni subiectos asserit: & ex Urb. VIII. declarante de plenitudine potestatis, motu proprio, & ex certâ scientiâ, & innovante Clementis VIII. Declarationem, si opus sit, quin ampliante concessionem Cruciatæ, & quantum ad articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à reservatis, numquam in Confessarijs, cuiusque Ordinis sint, locum habuisse, nec habere, neque illis ullo modo suffragari potuisse, nec posse: & tollit omnem etiam à Cruciatæ Commissarijs, imò Nuntijs à latere interpretandi facultatem, quin ita semper iudicandum: & irritum, & inane quidquid secus sive scienter, sive ignoranter tentetur: & ex Innocent. XII. expressè dicente Cruciatam nil novi juris induxisse, nullumque privilegium continere, quoad approbationem Confessorum contra formam Tridentini, & prædictarum Constitutionum Apostolicarum; adeo ut Confessarij tam sæculares, quàm Regulares, vi Cruciatæ electi, nullatenus huiusmodi confessiones audire valeant &c. ergo ex tot. Pontificijs definitionibus constat vi Cruciatæ neminem absolvere posse aut absolvi posse, nisi Confessor absolvens sit approbatus vel ab Episcopo loci in ordine ad sæculares, vel à Prælato Regulari, & quidem quoad reservatos, in ordine ad ejusdem status Regulares: lege quas omitto Sacri Concilij Tridentini authenticas declarationes apud P. Carden. *disp. 2. de Damn. qu. 2. & 3. Felicem n. 3849. P. Bardi, P. Mendo, P. Nogueira in Cruciatæ.*

N.

75.
Alexan.
VII.

Quinta sumitur ex aliquibus ab Alexand. VII. damnatis, inter quas sunt istæ: 12. Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopi reservatis, non obstantè ad id Episcoporum facultate: 13. Satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo presentati, sed ab eo injustè reprobat: 16. Qui beneficium Curatum habent, possunt in Confessarium, simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario eligere: 26. Regulares possunt in foro conscientie sui privilegij, qua sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum. Hæc omnes ab Alexand. VII. imò iterum à Clemente cum alijs pluribus damnatæ fuere. Cum ergo ab Alexand. VII. ut Capite Ecclesiæ, ut docetur in 1. tr. 1. de Decret. Pontificijs d. 2. n. 3. ad 75. fuerint damnatæ saltem ut scandalolæ, sub pœnâ excommunicationis ipso facto incurrendâ, & sibi soli reservatæ, à quocumque, qui eas nisi impugnandi gratiâ tractet. Rursus cum illæ, nec non aliæ à Clem. X. ut Ecclesiæ Capite reprobatæ sint, declarante irritum, & inane quidquid à quovis, cuiuscumque authoritatis sit, scienter, aut ignoratè in damnatarum favorem tentetur: manifestum est quod quoad Sacramenti valorem dictæ opiniones erunt insufficientes. Imò cum juxta me *tom. 1. l. c. d. 2. s. 3. omnes à Papa qualitercumque damnatæ, presentis ipsidem circumstantijs sint certò falsæ, erunt præciatæ damnatæ certò falsæ de valore.*

Sexta ex Pontificum, dum se gerunt tamquam Ecclesiæ Magistri, infallibilitate, sed Paulus V. Clem. VIII. Urb. VIII. Clem. X. & Innoc. XII. se gerunt in suis Bullis ut Ecclesiæ Magistri, ergo in eo quod declarant, decernunt, definiunt, infallibiles sunt. Maior patet ex fuso probatis nostro *tom. 1. l. 1. disp. 1. nec hodie res in dubium vocari potest. Minor quoque patet, tum signis certissimis, quibus colligimus quando Pontifices loquantur definitivè tamquam totius Ecclesiæ Magistri, ut docui latè d. 2. n. 3. ad 75. cum ex ipsis Pontificum citatorum clausulis, ex quibus evidenter colligitur, eorum decreta in hæc confessionis materia esse definitiva simul & legislativa; imò quia definitiva sunt, ideo sunt legislativa: & quamvis non essent legislativa vi legis Pontificiæ, adhuc dato quod definitiva sint, essent à lege naturali veritæ, ut dixi l. c. & hic d. 30. s. 2. ad finem.*

Ut autem meam fidem liberem, ecce 1. N. quid Urbanus VIII. in sua Bullâ, in sequenti editâ anno 1630. die 19 Junij, dicit de Bullâ Clement. VIII. sui antecessoris: Quare idem Clemens prædecessor suæ perpetuæ castitatis Constitutione declaravit, facultatem Cruciatæ, & aliorum indultorum, quantum ad articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à reservatis, non habere locum cum Regularibus: Ad quod

Urban. VII. quoad Sacramentum Poenitentiae, ejusque ministracionem, subjecti sint Praelatorum suorum dispositioni. Rursus idem Urb. VIII. ait, se inherere Clementis VIII. declarationi: ergo ex Urbani mente Clem. VIII. se habuit definitivè. Ecce 2. quid Urb. VIII. de se dicat, ait enim se motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac maturâ deliberatione, deque Apostolice plenitudinis potestate declarare, sanctâ Cruciatam quoad effectum eligendi Confessarium, qui tam seculares, quam Regulares (de utrisque enim loquitur) possit pro foro interno absolvere à casibus reservatis, etiam in Bullâ Cœnæ contentis, locum minime habuisse, neque habere, neque illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse, excepto dumtaxat illo quinquennio, quo litteræ nostræ (alludit ad PP. Prædicatores, quibus per quinquennium concesserat tale privilegium) duraverunt. Subdit: Sed nostræ intentionis fuisse, & esse, quantum ad Sacramentum Poenitentiae, ejusque ministracionem, ut Regulares Ordinariæ dispositioni suorum Praelatorum, quoad sibi reservata subjecti sint, tenere presentium perpetuò declararunt. Rursus ait: Ita ab omni iudice judicandum, (en potestas legislativa nixâ prioris definitivæ) sublatâ à quocumque etiam S. R. E. Cardinali, etiam de latere Legato, etiam Cruciate Commissario, aliter judicandi, & interpresandi facultate. Quin si aliter iudicetur, & interpretetur, irritum ac inane esse quidquid fecerit scilicet, vel ignoranter tentetur: ergo Urbanus VIII. in hac suâ constitutione se habuit definitivè.

N. 77. Clem. X. Ecce 3. quid Clemens X. dicat in suâ Bullâ, Supernâ. Primò priorum Pontificum de hac materiâ constitutiones vocat expressè definitiones; aut enim, quòd etsi dictæ controversiæ Prædecessorum suorum declarationibus definitæ fuerint; placuit tamen ejusmodi definitiones colligere, & roborare, & ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione, hâc generali, & perpetuò validurâ constitutione decernere, & declarare. Secundo ante finem ait: Decernentes sic, & non alias &c. irritum quoque & inane quidquid fecerit super his à quoquam quavis auctoritate scilicet, vel ignoranter attemptari contigerit; post quæ pergit, adductis omnibus juris terminis, ad revocationem quorumcumque privilegiorum, sive in corpore juris clausorum, sive titulo oneroso sive altercumque concessorum: ergo Clemens X. in hac suâ Bullâ se habet definitivè non tantum quoad ea, quæ de novo addit, sed etiam quoad alia, quæ Antecessores sui definierunt, de novo eisdem veritates definiendo.

Clem. X. Nota autem quòd licet Clemens X. non

loquatur nisi de Regularibus; qui si non sint ab Episcopo Diocesano loci, in quo confessiones audiunt, approbati, absolvere nequeunt; attamen de secularibus quoque Confessarijs intelligendus est: nam Bullâ Clementis X. nititur Tridentino requirenti approbationem; & Pontificibus exponentibus quòd debeat esse Diocesanus loci, in quo quis absolvit.

Trid. In XII. Paulus V. Urban. VIII. Clem. X. Ecce 4. mens Innocentij XII. quæ incipit, N. Cum scit. ait 1. quòd eum à Regni Portugallie Episcopis non sine gravi animi sui dolore audierit, quòd reviviscat opinio à Paulo V. Urbani VIII. Clem. X. damnata, & reprobata, quâ facultas in Sancta Cruciate concessa ita intelligenda sit, ut liceat cuique eligere quemlibet alibi, non tamen ubi Confessor absolvit; approbatam, se motu proprio, & ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione, deque Apostolice potestatis plenitudine, decernere & declarare, Bullam S. Cruciate in novi juris induxisse, nullumque continere privilegium, quoad approbationem Confessorum, contra formam Tridentini, & prædictarum Constitutionum Apostolicarum, (nempe Pauli V. Clem. VIII. Urbani VIII. Clem. X.) adeo ut Confessores, tam seculares, quam Regulares, quicumque sint, in vim Cruciate à poenitentibus ad audiendas confessiones electi, nullatenus eas audire valeant sine approbatione Ordinarij & Episcopi Diocesani, in quo fit confessio: & confessiones contra dicta Decreta aliter deinceps faciendas, excepto mortis articulo, nullas fore, irritas, & invalidas; & quamlibet contrariam opinionem, prætenso quovis contrario usû, se mota, scientiâ, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, damnare, & reprobare. Decernit pergit ad censurandam in falsam, temerariam, scandalosam, in praxi perniciosam quamcumque contrariam opinionem: & ad excommunicandos, excommunicatione sibi soli reservatâ, omnes, qui eam opinionem doceant &c. & ad extirpandam præsumptam cujuscumque etiam expressione digni facultatem, dictam Cruciatam aliter interpretandi: ergo Innocentius se habet definitivè; quin tuam Bullam vocat Declarationem.

N. 79. His positis, ecce ineluctabile argumentum. Quidquid Pontifices ut totius Ecclesie Magistri definiunt, certâ fide tenendum; sed allegati Pontifices definiunt, Cruciatam non habere locum nec in secularibus, nec in Regularibus, quin nec unquam habuisse, nec habere, nec illis suffragari potuisse, nec posse, ne quidem quoad forum internum, ut à reservatis absolvi possint; sed standum in his dispositioni suorum Praelatorum; rursus definiunt

Urban. VII. Clem. VIII. Urban. VIII. Clem. X.

Urban. VIII. Clem. X.

definiunt nil novi juris supra Tridentinum concessisse; & omnia privilegia revocata; & omnes tales confessiones irritas, & invalidas; & omnes oppositas interpretationes esse reprobatas, & damnatas: ergo certâ fide hæc omnia tuenda sunt. Vid. P. Card. disp. 2. a n.

188. P. Moyam tom. 1. tr. 3. d. 8. qu. 8. a n. 24. P. Nogueir. d. 20. scilicet. 4. P. Bardi 1. p. pag. 52. Felicem n. 3446. P. Mend. d. 20. Nil porro est, quod miretur M. Hozes à me relatus disp. 22. n. 180. & Andreas à Matre Dei, ille Carmelita Calceatus, hic Discalceatus, uterque doctus; quod nostri Doctores, P. Moya, P. Mendo, P. Bardi, P. Nogueira, & alij, omnes uno ore, & calamo testentur, quod opinio asserens, Cruciatam favore Regularibus quoad absolutionem, sit certo improbabilis, falsa, temeraria, scandalosa, & maiori censurâ digna; etenim, si Decreta considerentur, non aliter dici potest, salvâ Pontificum definitione.

SECTIO IV.

Aliqua confessiones ex absolutionis nullitate invalidæ.

§. I.

Refero aliquas.

SUMMARIUM.

Judicij Pontificij supereminentia in Tridentini intelligentiâ, n. 80.

Adversariorum Interpretum fundamentum prorsus nullum, ibid.

Moderni Confessores debent longè plura scire, n. 81.

Refero plures confessiones ex nullitate absolutionis invalidas, n. 82.

Invalide absolvit approbatus à Diocesano antecedenti, resistente Episcopo sequenti, n. 83.

Legis verba à sine legis distinguenda, ibid.

P. Suar. ait, quod mens legis cognita, sit verbis legis preferenda, ibid.

Pontificum finis, n. 84.

Qui errare in hac materiâ non vult, sequatur opiniones juris Episcoporum saventes, n. 85.

Exemptio à Confessarij prætensa absolvendi sine Episcoporum, aut Prelatorum Regularium approbatione, ruina saculi, & claustrij, ibid.

Harmonia Ecclesiasticæ Hierarchie in subordinatione consistit, n. 86.

Expono, ibid.

Quid Romanus Pontifex, quid Ecclesia Romana? Ibid.

Pontificis definitiones sunt sonus in omnem terram, ibid.

Pontificia infallibilitas nulli est Generali Concilio

lio convenit, ibid.
Nil prodest, quod Confessor sit approbatus ab alio, n. 87.
Est temerarium asserere factis approbato à Diocesano anteriori, n. 88.
DD. mecum sentientes, n. 89.

Dixi, quòd si Tridentini mens fuisset N. Theologis æquè nota, ac fuit Pontificis Successoribus, qui clariori Spiritus luce illuminati uno ore clamant, suas Bullas Tridentino inhære, ita ut opiniones, quas aliqui expressis verbis damnant, ab iplo prius Tridentino prædamnatae intelligi debeant, nec ulla Theologis data fuisset aia, laxis interpretationibus Tridentini mentem elucidendi, nec ullum datum fuisset motum Pontificibus, repetitis centuris, & novis Decretis damnatas aliquas de novo toto conatu exterminandi. Puudum sane fundamentum, ex eo quòd Tridentinum dicit, nullum sive sæcularem sive Regularem absolvere posse nisi sit per examen approbatus, inferre quòd uno in loco approbatus possit ubique absolvere; sive ex privilegij concessis Regularibus, sive ex vi Cruciatæ requirantis unicè approbationem Episcopi. En fermentum, quod ingentem opinionum massam corrumpit; & quidem tam efficaciter, ut teste Urban. VIII. Clem. X. Innoc. XII. absolutiones sub dictis opinionibus date sint prorsus irritæ, inanes, & invalidæ; quare si pietate, & doctrinâ florere semper debuit Confessor; hodie abs dubio, post evulgatâ præcipuè Clem. X. & Innoc. XII. Decreta, longè maiori, Confessores moderni, sapientiâ opus habent, ne invalidè absolvant, ob tot damnatas opiniones ad absolutionem spectantes, & ingentes censuras illis addictas. Nulli ergo quantumvis celebri doctrinâ, & sanctitate Theologo, si aliquas, ut frequentissimè occurrit in eorum lectione tract. de Penitentia, de Cruciatâ, de Regularium privilegijs, sustineat ex subinde damnatis, stari in hac materiâ poterit sine periculo invalidè absolutionis. Prodeat modo in lucem Confessor, Latini idiomatis penitus ignarus, & confarcinato unius Summule vulgatis farcimine gloriosus, Audiat confessiones: quid non absolvet, et si sit incius damnatarum contra Tridentini interpretationem? quem non absolvet hic, & ubique, et si limitatè quoad personas, tempus, locum approbatus sit? cum tamen non nisi ad exactam approbationis trutinam, juxta Tridentini mentem à Pontificibus expolitam, absolvendi facultas à Diocesano, aut Prelato Regulari concessa sit.

N. 82. Invalide: ergo Regularis aut sæcularis absolvet sæculares non approbatus à Diœcesano loci, in quo confessiones audit. Invalide Mendicantes sine speciali pro calibus eo in Episcopatu reservatis approbatione absolvet. Invalide, ut in prolixiori synopsis n. 252. dicam, Regularis, etiam injuncte ab Episcopo reprobatus absolvet sæculares. Invalide habens beneficium curatum eliger pro libito Confessorem ab eodem suo Episcopo non approbatum. Invalide Regulares post toties derogata à Tridentino privilegia, & numquam restituta, ut ait Urban. VIII. Alexand. VII. Clemen. X. & Innoc. XII. absolvet. Invalide Confessor cum suo poenitente ad alium transfens Episcopatum absolvet poenitentem, si Confessor ille non sit ab ejus loci Episcopo approbatus. Invalide, cum aliquâ limitatione personarum, loci, temporis, casuum approbati, absolvent alios eâ limitatione non inclusos. Invalide quilibet alibi approbatus poterit vi Cruciatæ eligi ut absolvat in Diœcesi, in qua approbatus non est. Invalide ab antecedenti ejusdem Diœcesis Episcopo approbatus, poterit, commutato, vel vitâ functo, & substituto ejus in locu alio Episcopo, à quo approbatus noluit, poterit, inquam, vi Cruciatæ eâ in Diœcesi, ut antea, absolvere. Invalide Regularis sine Prælati licentiâ absolvet Regulares.

N. 83. Hoc tenaciter tenendum ob aliquos remurmurantes, & Tridentini cortici, non fini nixos, qui asserunt Sacerdotem ab antecedenti Diœcesano approbatum, posse substituto novo eam in Sedem Episcopo, sine hujus approbatione, quin cum ejus renitentia, absolvere omnes ut antea. Fundant hanc damnabilem interpretationem in cortice verbali Tridentini. Aiunt vi Tridentini non exigi nisi approbationem à Diœcesano, ut deinde Pontifices declararunt, sed absolvens renitente Episcopo novo, cum approbatione Episcopi antecedentis, à quo approbatus in eadem Diœcesi fuit, absolvit cum approbatione Diœcesani antecedentis; ergo ita absolvens nil contra Tridentinum operatur; & valide absolvit. Consideret Lector perniciosam talium Interpretum animositatem unicè fundari, quod ea opinio non opponatur Tridentino, seu ejus verborum cortici, et si opponatur evidenter ejus fini. Si illi distinguerent in lege verba a fine legis, nil tale, nec isti, nec alij laxiores protulissent. Audiatur P. Suar. lib. 6. de Legib.

P. Suar. cap. 1. n. 1. & P. Moya tom. 1. tr. 3. d. 8. qu. 8. n. 35. esse Theologorum & Juris interpretum regulam, quod mens legislatoris utrumque sufficienter cognita, sit verbis legis præ-

Tom. III.

ferenda. Cui principio Pontifices nixi moti N. fuerit ad plurimas deinde similes interpretationes damnandas, & quod mihi maximam vim facit ad dicendum, se eas damnando inherere Tridentino. Sed quomodo inhaerent, cum Tridentini verbis non opponantur? Quia tamen opponuntur fini à Tridentino intento, & à Pontificum longè plus, quàm aliquorum interpretum, mente perspecto; ideo Papæ, dum oppositos fini intento reprobat, approbat oppositas in Tridentino latentes. Finis Tridentini fuit reformare tum fidem, tum mores per suos Canones, & Decreta. Hunc finem ut tutius, & securius, & facilius obtineret, ad Episcopos descendit, quorum autoritas, & iurisdictione si eludatur, actum de reformatione. Subjecit ergo, quocumque revocato privilegio, etiam Regulares in ordine ad sæculares audiendos ipsis Episcopis, datâ (quæ forsân naturæ lege Episcopis, ut Episcopis conveniebat) facultate, ut de vitæ, & doctrinæ integritate Sacerdotum, authenticum, si placuerit, testimonium sumeret. Hic est Tridentini finis, cui Pontifices è supernâ speculâ definites inhaerunt: cui fini tuendo si Authores damnatarum invigilassent, nemo eorum tam dissolutas interpretationes dedisset, nec ex eo quia opiniones eorum non opponuntur verbali cortici Tridentini, docuissent ut practicabiles. Expono. *Tridentinum purè exigit approbationem Episcopi: ergo (inquiebant) non Diœcesani: ergo uno in loco approbatus, est ubique approbatus. & approbatus pro viris, est etiam pro faminis: ergo nemo iterum examinandus: nec non laxissimè æquæ ac plurimæ similes interpretationes, à Pontificibus prætenso per Tridentinum sine nixis damnatæ, & deinceps damnabiles.*

Quare tota non errandi in hac materiâ regula, quam Christus Dom. tamquam tecundam post naufragium Tabulam instituit, est, solè stare interpretationi, quæ Tridentini finem protegit, nempe interpretationibus, Episcoporum jurisdictioni, & Prælatorum Regularium auctoritati prospicientibus; nisi oppositum sit certum. Quam utramque, cum dictæ laxæ interpretationes ferè in totum pessumdarent, adicitis in sui favorem innumeris privilegijs, imo adscriptâ in Cruciatæ Bullâ, quam numquam habuit, facultate, ideo plurimè damnatæ, privilegia derogata à Tridentino, & alijs Pontificibus, & exposita Cruciatæ, quod in ordine ad se subtrahendum à Diœcesani approbatione, & eximendi se à fine, à Tridentino, intento, nil prolit, multò minus Regularibus quoad suos Prælatos. A quâ exemptione tum Episcoporum,

Re coporum,

vice audiendas approbandus iterum, ut validè eos iterum audiat. Si ergo hæc definita sunt, adeo ut multiplex sæpe sit necessaria approbatio, & quod caput est, ab eodem numero Diocesano Episcopo, quanto magis, si non est expressis terminis definitum, erit ex urgentiore saltem identico motivo definitum, quoddam mutato ejusdem Diocesis Episcopo nemo validè confessiones audiet, nisi à novo Episcopo approbetur? & multò magis nemo validè absolvet, hoc novo Episcopo reluctante, & antiquas approbationes cassante?

N. 89. Quare audiendi modò non sunt Doctores à Barbosa citati, & non rejecti *sest.* 23. de Ref. cap. 15. n. 39. tuentes Regularem ad eandem Diocesis, in qua approbatus fuerat, revertentem non egere novà approbatione, etsi ejus Diocesis Episcopus mutatus fuerit. Sed audiendi P. Nogueir. d. 14. n. 184. P. Fagundez in 2. Ecclesie præceptum *lib.* 7. cap. 2. n. 26. P. Bardi *tract.* 5. cap. 2. n. 38. P. Mendo d. 22. n. 58. & alij, quin ipse Clemens X. ut dixi. Si enim limitatè ab Episcopo approbati possunt denuo ab eodem Episcopo examinari, nam exemptio à novo ejusdem Episcopi examine subeundo convenit unicè Regulari illimitatè ab eò approbato; quanto magis nullatenus à novo Episcopo approbati, etsi illimitatè ab antecedenti fuerint approbati, possunt à novo Episcopo examinari, quo examine reculato invalide absolvant?

§. II.

Item intentum contra laxas Cruciatæ interpretationes.

S U M M A R I U M.

Eadem culpâ peccant interpretantes Cruciatam, ac qui Tridentinum, n. 90.

Offendo, n. 91.

Nulla absolutio independens ab Episcopo est valida, etsi detur vi Cruciatæ, n. 92.

Nulla quoque si sine consensu Prælati detur Religioso vi Cruciatæ, ibid.

Nulla omnes Confessiones, si ve quis absolvat, si ve absolvat, n. 93.

Etsi hæc sint vera, Confessor plura potest vi Cruciatæ electus, quam non electus, n. 94.

N. 90. Quod evenit in laxissimis Tridentini textus interpretationibus, quarum unicum fundamentum fuit, nisi puris Tridentini verbis, deluso verborum sine, cum tamen finis legis sit anima legis, hoc ipsum accidit in Cruciatæ textu interpretando. Dicat

Tom. III.

bant illi Tridentinè unicè petit ut Sacerdos sit approbatus: ergo approbatus alibi potest hic, imò ubique absolvere; & omnes aliæ similes allatæ cõsequentie à Pontificibus damnatæ. Dicunt isti Bullæ Cruciatæ Relaxatores: Cruciatæ cuique concedit facultatem eligendi Confessorem à Diocesano, ubi confessiones audit, approbatum, à quo possit à quocumque peccato & centurâ etiam in Bullâ Cœnæ reservatâ absolvi; ergo Regularis habens Cruciatâ poterit ab omni casu reservato, & centurâ absolvi à quolibet Confessore approbato à Diocesano: & plures similes indignæ illationes à Pontificibus damnatæ. At ut paulò antè evidenter fundamenti nullitatem ostendi, quòd non nuda Tridentini verba, sed verborum motivum attendi debet, quod erat, *Subjectio Confessorum ad Episcopos Diocesani, in quibus absolvunt*: quod motivum Tridentini versans ante mentem Pontificum fuit cautâ, ut omnes opiniones laxitate suâ hoc motivum ledentes, damnarentur à Pontificibus, quin dicerent se eas opiniones damnare, inherendo Tridentino; nam quia sunt oppositæ menti Tridentini, ideo eas damnant.

Ita in præsentî attendendum est Cruciatæ motivum, nempe ut purius ad Deum preces fundere possint; & Dei auxilium efficacius implorare. At quis impleret efficacius Deum, & purius preces fundat, deserto Tridentino, ejusque Decreto contempto, novum in Cruciatâ jus à Tridentino divertum statuendo, cum definitum à Pontificibus Clem. VIII. Urban. VIII. Innocen. XII. sit, nullum novum jus in Cruciatâ inesse? Quis sequendo opiniones circa absolvendi facultatem laxissimas, & Religiosis Cœtibus, ut ait Urban. VIII. summè præjudiciales, delusa omni Prælatorum Regularum, cui respectivè subditi sunt Regulares, auctoritate, & spirituali conscientie dependentiâ, dixerit penes Deum impetrativas? Quis facultatem absolvendi à reservatis, quam Urbanus VIII. definit, nunquam suffragari fuisse, nec potuisse, nec suffragari posse Regularibus? per quæ verba de præterito ostendit, nunquam concessam fuisse talem facultatem Cruciatæ: quæ omnia confirmat Innocentius XII. in sua Bullâ, ampliando ad omnes sive sæculares, sive Regulares, & motu proprio decernendo, omnem oppositam opinionem, quocumque modo laxantem, quod liceat vi Cruciatæ absolvi à reservatis ab Episcopo, & à non approbato ab Episcopo ubi absolvitur: & irritas, nullas, inanes tales absolutiones, dixerit esse meritoria apud Deum vota.

Rr ij

Quare,

N.
92.

Quare, sicut sola ea opinio, ne absolutio & Confessio secularium invalida sit, sustinenda est, quæ non tollit substantialem, ut ita loquar, à Confessarijs, quicumque sint, respectu Episcoporum, ubi absolvent, subordinationem: ita in præsentem loquens de Confessarijs, sive secularibus, sive Regularibus, absolventibus seculares vi Cruciatæ, ea sola tenenda, quæ jurisdictioni Episcopali in Confessores, sive seculares, sive Regulares, favet; nulla vero, quæ Confessoris, sive secularis sive Regularis, violato Episcopali Diocesani jure favet Confessori aut poenitenti. Similiter sola illa à Regularibus poenitentibus amplectenda erit opinio, quæ Regularem observantiam promovet; nulla vero quæ tam graviter in re adeo substantiali, qualis est dependentia Religiosorum à suis Prælatibus in materiâ reservatorum labefaciat. Fateor me tantâ claritate, & rationum pondere, & Pontificum multiplici definitione rari in opinionem quod Cruciatæ non favet Regularibus quoad absolvendi facultatem, sive activam sive passivam, supra facultatem à Prælato Regulari concessam alteri, ut absolvat, aut ut absolvatur, ut vix mihi possibile sit credere dari aliquem oppositum opinionem. Perpendat qui contra totam hanc doctrinam operatur, sive absolvat, sive absolvatur, absolutiones esse nullas, confessiones quoque nullas, ut Papæ definiunt. Hicce fructus Poenitentię Sacramenti, ut poenitens suas confessiones repetere teneatur? Hocne laxè opinandi præmium, ut Confessor moneretur teneatur poenitentem quod invalidè absolverit: & se de invalidâ absolutione accusare?

N.
93.

Ex dictis neutiquam inferendum Cruciatam vix prodesse; si necesse est ut Confessor vi Cruciatæ electus debeat esse approbatus ab Episcopo loci, in quo quis absolvit: etenim Confessor vi Cruciatæ electus adhuc plura potest, quæ non potest vi Cruciatæ non electus; potest enim à multis casibus Papæ reservatis absolvere, potest vota commutare, &c. quæ alter non potest. Non me detineo in referendis confessionibus vi absolutionis invalidis; quas dedi n. 72. 73. 74. 75. 82. 88. 89. 92. 94. & infra n. 147. 183. 185. 188. 197. 198. quæ facillè videri possunt.

N.
94.

Idem dici potest de responso dato Lusitanis, n. 96. *Idem dici potest de responso dato Lusitanis, n. 97.* *Ostendo Decreta Clementis X. & Innoc. XIII. definitiones, n. 98. & 99.* *Opiniones à Pontificibus damnate damnantur, quia in se male, n. 100.* *Sunt in se intrinsecè, & extrinsecè improbabiles, & ex solo errore probabiles, ibid.* *Anim satis esse approbationem Diocesani antecedentis, n. 101.* *Finis legis anima legis, n. 102.* *Opponitur sibi Tridentini, & Innocentij, ibid. & n. 103.* *Ille talis absolvet non approbatus. Simili interpretatione eundem damnatas à Clemente X. n. 104.* *Necessaria est nova novi Episcopi ratificatio saltem ut quis vi Cruciatæ in eâ Diocesi absolvat, ibid.* *Nulli Episcopo subderetur Confessor ille, n. 105.* *Episcopus transiens ad aliam Diocesim nil potest in priori, n. 106. 107.* *Facultas absolvendi durat usquedum non revocetur, n. 108.* *Non satis ut damnata mutetur, nisi deserat malum ob quod damnata est, n. 109.* *Hæc opinio, satis prioris Diocesani approbata, ut quis vi Cruciatæ absolvat, quam mala, ibid. & n. 110.*

S E C T I O V.

Adversariorum Replica.

§. I.

Aliqua.

S U M M A R I U M.

Quod responsa data à Tridentini Congregatione

Prima est, quod omnia S. Congregatio- nis Tridentini responsa data Archiepiscopo Hispalensi anno 1611. & à Paulo V. confirmata, & à P. Carden. disp. 2. adducta, & data Archiepiscopo Valentino anno 1677. immò ipsa Clementis X. Bulla emanata anno 1670. sint ad summum leges pro locis, in quibus evulgatæ fuere, non vero Pontificie definitiones. Quod si pure leges sunt, non tollant oppositarum opinionum probabilitatem: & multo minus dicte opinionones erunt veritæ quia scandalosæ, sed contra erunt scandalosæ, & impracticabiles, quia veritæ: ergo ab illis saltem, qui eas adhuc certò probabiles judicant, erunt, ubi non evulgatæ, practicabiles. *Idem dici potest tum de responso, instans. N. 97. tibus Archiepiscopo Vlyssipontenti, paucis ante mensibus cum magnâ virtutum opinionone vitâ functo; & Episcopo Lertensi, ejus in Sedem, si meritis locus erit, omni jure collocando, cujus ardentissimum pro Dei lege tuendâ zelum nostro Tomo primo, nec non prodigam bonorum suorum in pauperes effusionem, brevi periodo commendavimus: his enim primarijs Lusitanie Prælatibus Sacra Episcoporum, & Regularium Congre-*

Congregatio anno 1698. (biennio ante Innocentij XII. Decretum) votis omnium plene concurrentibus, teste Monacelli in tuo Formulario Legali Practico, titulo 12. pag. 366. referente Cardinale Coloredo, decidit, quod Clementis X. constitutio, quæ incipit, *Superna*, servanda sit, expulso quolibet etiam Cruciatæ privilegio: tum de ipso Innocentij XII. Decreto, nempe, quod nullam definitionem contineat; quinimmo etiam dato quod contineret, & definiret quod Confessor, nisi à Diocæsano approberetur, nequeat vi Cruciatæ eadem in Diocesi absolvi; attamen hanc saltem non vetat, quod Confessor approbatus à Diocæsano antecedenti, possit, renitente Episcopo sequenti, eadem in Diocesi absolvi: semper enim verum est quod absolvit approbatus à Diocæsano loci, in quo audit confessiones.

N. Sed contra; quia quod Decreta Clem. X. & Innoc. XII. sint definitiones ex Cathedra, (sunt enim ab illis ut totam Ecclesiam docentibus) est prorsus evidens: nam Clemens X. expressè ait se in unum colligere priorum Pontificum definitiones, & roborare: se ex certâ scientiâ hæc suâ generali & perpetuâ valiturâ constitutione decernere, & declarare irritum, & inane, quidquid contra has suas litteras tentetur: ergo oculis ipsis constat, quod Clementis X. Decretum sit definitivum: quin ex hæc ipsa Clementis Bullâ constat priorum Pontificum Bullas fuisse quoque definitiones. Similiter, quod Decretum Innoc. XII. directum contra Confessores vi Cruciatæ absolventes, sit definitivum: quia ex debito Pastoralis officij cupientem occurrere animarum saluti in re tanti momenti, quâlibet est Confessio Sacramentalis, ex Apostolicæ Sedis plenitudine declarare & decernere, quod nemo, nisi sit ab Episcopo, aut Vicario loci, in quo confessiones audit, approbatus, possit vi Cruciatæ absolvi, & confessiones deinceps faciendas, (nempe, quod vi Cruciatæ liceat Confessori non approbato, eo in loco absolvi) præterquam in mortis articulo, nullas fore irritas, & invalidas. Rursus ait se contrariam opinionem tamquam falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosam, prætenso quovis usu, & antiquissimâ consuetudine, damnare, & reprobare; & omnem consuetudinem abolere, sub additâ excommunicatione; & sublatâ omnibus facultate aliter interpretandi, &c. Profecto si talis declarandi modus, in quo Pontifex totius sui Magisterij vires, quia legislatoris, conatus exerit censurando oppositas opiniones ut falsas, definiendo absolutiones, & Confessiones in-

Tom. III.

validas, decernendo Cruciatam nil novi juris induxisse, declarando tales Confessores ipso facto suspensos, comminando excommunicationem sibi soli reservatam, derogando omni consuetudini, tollendo ab omni personâ, et si foret S.R.E. Cardinalis, Commissarius Generalis Cruciatæ, & Nuntius cum potestate Legati de latere, facultatem aliter interpretandi &c. profecto si hic loquendi modus non est Papæ ut Papæ, ignoro qualis esse debeat: ergo Decretum Innoc. XII. est à Papâ ut Papâ, eique, ut latè docui som. 1. tr. 1. cæco mentis obsequio standum.

Confirmo hoc ipsum ijs omnibus argumentis, quibus d. 2. sect. 1. probavi Decreta Clem. VIII. Urban. VIII. Alex. VII. & VIII. & Innoc. XI. fuisse ex Cathedra: et si propositiones in Congregationibus prius discussæ fuerint, quibus dicti Pontifices sæpe interfuerunt; attamen ipsi Pontifices sunt, qui in suis Decretis loquuntur, ipsi qui de Apostolicæ Sedis plenitudine decernunt, & statuunt: ipsi qui totam alloquuntur Ecclesiam: (nil enim tale convenit Papæ, ut purè Præsidi alicujus Congregationis, & multò minùs Congregationibus) ergo ut prudentissimè monet in suâ Theologia Reformatâ P. de la Fuente qu. 19. n. 239. nemo in dubium vertere potest, considerato Decretorum tenore, ea Decreta non esse à Papâ. Addo, quod si Clemens X. loquens de priorum Pontificum hæc in Confessionis materiâ Decretis, ait fuisse definitiones; cum tamen nec Clem. VIII. nec Urban. VIII. nec aliorum antiquiorum Pontificum Bullæ tam pressis loquantur verbis, nec tantâ loquantur efficaciâ, quâ idem Clem. X. & Innoc. XII. loquuntur, quomodo dubitare quis, ne quidem imprudenter, possit, eadem Clementis X. & Innocentij XII. Decreta non esse definitiones ex Cathedra?

Ex hæc doctrinâ colligitur opinionem à N. Pontificibus definitas ut falsas, temerarias &c. non esse malas quia veritas; sed econtra esse veritas, quia in se malas: & quia à Papâ infallibili iudicio cognoscuntur ut malæ, ideo definiuntur, & vetantur ut in se malæ. Nam Papæ supponunt damnabilitatem opinionis objecto intrinsecam, ut docui d. 1. n. 79. & d. 2. n. 28. Rursus cognoscunt ejus opinionis innotam improbabilitatem, non faciunt, quæ deinde à suâ definitione detegitur; atque adeo licet ex errore aliquibus visa fuerit probabilis; attamen omnis damnata iudicio definitivo à Papâ, est & erit ex se improbabilis, & est talis in se, qualem Papa qualificat: quâ Papæ definitus qualificatione posita,

Rriij sig

N. 98. Clem. X. In. XII. P. de la Fuente. Clem. X. Clem. VIII. Urban. VIII. In. XII.

fit pro utroque foro certissime, tum directè, tum reflexè improbabilis. Vid. quæ docui d. 1. n. 79. 84. 101. 103. & d. 2. n. 76. Hinc patet falsitas replicæ: sunt enim definitiones Papæ ut Papæ: sunt leges, at non sunt puræ leges, quin sunt leges supponentes definitionem rei, quam lex vetat; nam ex eo quod tales absolutiones sint irritæ, & opinionones, quibus nitentur, sint scandalosæ, vetat Papa ut tales: cum ergo non sint puræ leges vetantes eas opinionones, sed sint prius definitiones declarantes hoc, & illud non licere, consequenter nullam relinquunt oppositis opinionibus probabilitatem. Nil enim est probabile, quoties oppositum est certum, ut sæpe ostendi. Quod si aliqua conferretur hodie probabilis, hoc esset ex errore, vel vincibili, & invalidè Sacerdos absolvit, & pœnitens absolvitur; vel invincibili, & tunc quid faciendum sit, dicam infra: est enim meo iudicio difficultas summè ardua.

N. 101. Secunda replica est, quia ex eo quod Innocentius XII. asserat, neminem vi Cruciatæ posse validè absolvere, nisi sit à Diocesano loci, in quo confessiones audit, approbatus, inferre, neminem vi Cruciatæ absolvere posse, nisi sit approbatus à presenti Diocesano loci, in quo confessiones audit; est pervertere textum. Cur enim addatur à presenti, quasi Diocesani antecedentis approbatio pro eâ Diocesi satis non sit, etsi Diocelanus sequens non approbet, immò reprobet omnes à se vocatos ad examen, renitentes accedere? Ita aliqui Lusitani olim.

102. Sed contra 1. quia hæc, & similia ex pessimo fursure argumenta, prodire dixi ex nudo Tridentini textu, quin etiam ex Bullarum Pontificiarum exsucco cortice. Finis, & motivum sunt anima legis: ut ergo ex hoc nudo Tridentini textu, quod nemo absolvat, nisi ab Episcopis approbatus, derivarent hæc; necesse non est ut sit à Diocesano approbatus; satis ut ab aliquo Episcopo Sacerdos approbetur, ut ubique absolvat; nec non alia damnata à Clemente X. opinionones, quæ oppositæ Tridentini fini, etsi non verborum cortici. Ita quoque in Bullis Pontificiis idem Tridentini finis, ad quem Papæ respiciunt; & motivum ob quod eas ediderunt, retinendus est: ergo licet ea opinio non videatur cortici Bullæ Innocentij XII. opposita, est tamen tum fini Tridentini, tum Bullæ Innocentij XII. Vtriusque finis est integram dare Episcopis pro suo grege in Confessarios jurisdictionem: sed ea opinio, satis ut quis sit à Diocesano antecedenti approbatus, ut vi Cruciatæ absolvat eos Diocesanos, tollit ab Episcopo sequenti jurisdic-

tionem in dictum Confessarium: ergo &c. Quod enim approbatus fuerit ab antecedenti tempore quo vixit, aut Diocesim non mutavit, facit ut Sacerdos ille, eo regnante Episcopo, potuerit eos Fideles absolvere, at non facit, ut, Episcopo sequenti retinente, eos absolvere possit, cum tota Episcopi antecedentis jurisdicção in sequentem, cujus oves in ordine ad absolvendi facultatem sunt ipsi Confessarij, translata sit. Qui ergo talis Sacerdos absolvat, cum sine jurisdictione absolvat? suppono enim revocam à sequenti Episcopo facultatem. Sanè si Confessor ex Clem. X. injustè ab Episcopo suo post annum reprobatus, à quo ante annum approbatus fuit, absolvere nequit, cum tamen res sit de eodem Episcopo, de eadem Diocesi, & de eodem Sacerdote, qualiter retentà eadem Diocesi, non retento eodem Episcopo, quin renitente successore, absolvere poterit? cum longè maius hæc opinio includat præiudicium quam antecedens à Clemente X. damnata.

N. 103. Quare cognoscant Adversarij hoc modo arguentes errorem suum. Sacerdos approbatus à Diocesano licitè, & validè vi Cruciatæ, eo in loco, quo approbatus est, absolvit: sed ego sum approbatus à Diocesano antecedenti; ergo licitè & validè nunc absolvō. Ecce, inquit, maior est Innocentij, minor est certa, consequentia est legitima. Cognoscant, inquam, errorem. Ecce oppositus simili forma syllogismus. Sacerdos non approbatus à Diocesano invalidè absolvit; sed tu non es approbatus à Diocesano hodierno; ergo invalidè absolvit. Ne ergo in re tam seriâ sophisticis nugis nos detineamus, scito, quod non pura verba, sed finis ad quem diriguntur, perpendendus: unde etsi in verbis nulla foret oppositio, est tamen in ratione finis omnimoda oppositio. Nam Innocentius asserens Confessorem approbatum validè absolvere vi Cruciatæ eo in loco quo est approbatus, non intelligit per approbationem, cuiuscumque Diocelani approbationem, sed Diocelani tunc temporis in ea Diocesi regnantis, quo Confessor absolvit; ita ut non satis sit approbatio Diocelani antecedentis; nam sibi contradiceret, quatenus si satis foret approbatio data ab Episcopo antecedenti, nec necessaria foret Diocelani sequentis, quo tempore Sacerdos absolvit, approbatio, verissimum erit, quod nunc absolvat, non approbatus à Diocesano presenti. Præterea non subvertitur subordinatio Confessoris ad suum Episcopum presentem, toties à Tridentino, aliisque Pontificibus, & ab ipso Innocentio inculcata: ergo ut Sacerdos vi Cruciatæ absolvat

nunc valide, non satis approbatio. Episcopi antecedentis, sed necessaria etiam sequentis, quo tempore Sacerdos absolvit.

N. 104. Clem. X. Confirmo: quia simili interpretatione eludi poterunt damnata à Clemente X. Vt enim dicit Adversarius, quod ad audiendam confessionem satis sit antecedentis Episcopi approbatio, non autem necessaria sit sequentis, quo tempore quis absolvit; ita ego inferam, quod semel approbatus limitatè ad tempus, aut locum, aut ad personas ab Episcopo, non erit iterum ab eodem Episcopo approbandus, nam per Adversarios, approbatus à Diacono valide absolvit: quæ tamen sequela à Clemente X. damnata sunt. Si ergo approbatus à Diacono eget novâ ejusdem Diaconi pro eadem Diaconi, istdemque personis approbatione, quanto magis approbatus à Diacono antecedenti, & substituto ejus in locum alio Episcopo, Confessor, ut valide absolvat, egebit novâ novi Episcopi approbatione, ut valide absolvat, nisi novus Episcopus tacite aut expresse ratihabeat approbationes Episcopi antecedentis? Rursum inferam, quod si necessaria non est nova novi Episcopi approbatio, nemo ab Episcopo antecedenti approbatus poterit à novo Episcopo examinari; quod quid jurisdictioni Episcopali injuriosius?

N. 105. Quin quinam cuinam Episcopo Confessor à Diacono priori approbatus subdatur? non antecedenti, quia ille modò nullam habet in eâ Diaconi jurisdictionem, adeo ut Episcopus ille antecedens nequeat nunc ullum ejus Diaconi subditum eadem in Diaconi, substituto novo in eam Sedem Episcopo, absolvere. Si ergo Episcopus antecedens nullam modò habet in eosdem suos olim Diaconos jurisdictionem, totaque ejus ex suo Episcopali munere collata jurisdictione transijt cum eo ad Diaconum, cujus est Episcopus; quâ ratione dicitur, quod purus Sacerdos ex potestate delegatâ sibi à priori Episcopo, poterit nunc absolvere eos Diaconos, non approbatus à novo Episcopo? Non sequenti; nam Confessor ille absolvit non approbatus à novo Episcopo: ergo Confessor ille absolvit, quin alicui Episcopo subdatur.

N. 106. Hoc argumentum mihi invictum est: Episcopus Diaconis A, transiens ad Diaconum B, nequit vi prioris jurisdictionis in Diaconum A habitè absolvere, approbare, aut reprobare Fideles, & Sacerdotes Diaconis A: ergo multò minus Confessor vi approbationis habitæ à priori ejusdem Diaconis Episcopo poterit, sine novâ novi Episcopi approbatione, eos Diaconis subditos ab-

solvere: Vt enim fuisse Diaconis A Episcopum, non est, postquam ad aliam Sedem migravit, esse modò Episcopum ejus Diaconis A; ita fuisse approbatum ab Episcopo priori pro Diaconis A, non est modò, (nisi novus Episcopus ratihabeat priorem approbationem) non est, inquam, esse modò pro Diaconis A approbatum.

N. 107. Confirmo 2. Hæc propositio est certa: Episcopus vi officij sui potest sibi subditos absolvere: si quis autem inde inferat, quod Episcopus ab unâ ad aliam Episcopalem translatus possit absolvere, ordinare &c. in Diaconis A, quam reliquit, sine novo novi Episcopi placito, rem absurdam dicit, omnem taxatam limitibus Episcopalis jurisdictionem confundens; quin incurret talis Episcopus absolvens in eadem Diaconis A. a se relicta, incurret, inquam, in damnatam à Clem. X. absolvendo ubi nec est amplius Episcopus, nec est approbatus. Longè absurdius dicitur est, qui asserat, Confessorem ab Episcopo priori approbatum, posse, invito novo Episcopo, in eadem Diaconis absolvere. Si enim Episcopus, qui fuit, & modò non est, nil habet quod in Diaconis antecedenti à se relicta exerceat, sine novi Episcopi licentiâ; ita multò minus qui approbatus fuit, non tamen est modò approbatus, nempe à novo Episcopo, nil habet quod in oves ejusdem Diaconis exerceat, sine novâ novi ovium Pastoris licentiâ.

N. 108. Dices semper verum esse, quod talis Confessor sit approbatus à Diacono; & quod non absolvat nisi approbatus à Diacono. Sed retorquero: Semper verum erit, quod Episcopus ordinans, aut absolvens, qui olim fuere oves suæ, non ordinabit, nec absolveret nisi oves suas: ergo Episcopus ad aliam Sedem mutatus, poterit, sine placito novi Episcopi, omnia munera in Sede à se relicta exercere quæ antea: ut ergo hoc non tenet, nec illud. Ratio est; quia jurisdictione alligata est tali personæ & limitationi locorum; quæ si tollantur, tollitur jurisdictione; ne alias perpetuè inter Episcopos rixæ oriatur: ita ob rationis identitatem, & servetur subordinatio Confessariorum Episcopis debita; neve inter Episcopum, & Confessores oriatur scandala, approbatio data à priori Episcopo, & usus facultatis absolvendi limitatur quousque durat Episcopus, quo mutato, nisi ea approbatio à novo Episcopo ratihabeatur, & multò magis si novus Episcopus ei reluctetur, habetur pro non datâ. Si enim ex Clemente X. potest idem Episcopus obligare eundem Confessarium ut iterum approbetur à se, & opposita est damnata; quanto magis

magis novus Episcopus obligare potest eundem Confessarium, à se numquam approbatum, etsi à priori Episcopo approbatum, ut approbetur? & opinio opposita erit ob rationis identitatem longè magis damnata.

N. Demum videnda doctrina à me tradita
109. *disp.* 3. pro tollendo à damnatis scandalo: dixi enim parum interesse ut propositio mutetur, si ab eà non tollatur scandalum, quod sæpe ex ipsa mutatione augeri potest: ut patet in hac, *Licet filio gaudere de parricidio*; quæ maius scandalum, & magis damnata habenda est, ac hæc, *Licet filio gaudere de parricidio in ebrietate patrato*: ergo cum hæc opinio, *Licet Confessori à priori Episcopo approbato, non tamen à sequenti, absolvere vi Cruciatæ*, maius malitiæ genus, retentâ eadem specie malitiæ, contineat, quàm hæc damnatæ, *Licet Confessori ad annum approbato, eo expleto adhuc absolvere, si hæc & alie similes damnatæ sunt*, longè magis ob eandem malitiæ idéritatem ea censenda damnata. Ut enim illa, *Licet, expleto anno, sine novâ approbatione absolvere, tollit subjectionem Confessoris ad annum approbati ab Episcopo approbante*; ita hæc, *Licet Confessori à priori Episcopo approbato absolvere, etsi non sit approbatus à sequenti*, tollit omnimodam Confessoris ad Episcopum præsentem subjectionem, à quo numquam ne quidem ad annum approbatus fuit; & perit omnis vigilantia Episcopi in sui gregis Confessores. Quare dum à Clem. X. & Innoc. XII. exigitur ut Confessor sit approbatus à Dicciesano loci, in quo quis absolvit, per Dicciesanum non venit, qui fuit, & modò non est, sed qui est, dum Confessor absolvit: ergo nisi sit approbatus à Dicciesano, qui est, aut rati habeatur approbatio Dicciesani prioris, Confessor etiam vi Cruciatæ invalidè absolvit.

§. II.

Alie Replicæ.

SUMMARIUM.

Conatus Adversariorum delusus, n. 110.
Dicunt per novæ Cruciatæ publicationem derogari omni Pontificia definitioni, n. 111. 112.
Si ita esset, Commissarius esset supra Papam, n. 113.
Ejus tantum est leges interpretari, & tollere, cuius est condere, ibid.
Quin si ita esset, Pape errarent in Fide, n. 114.
Urbanus VIII. non sustulit à Cruciatâ privilegium, nam ei non inerat, sed decidit non inesse, n. 115.

Prelatus ita se habet quoad confessionem ad suos Religiosos, ut Episcopi ad suos seculares, n. 116.

Conatus Innocentij XII. contra Confessores absolventes vi Cruciatæ sine Dicciesani dependentiâ, n. 117.

Quantum devient dantes tale jus Cruciatæ, n. 118.

Papa potest quidem ampliari Cruciatam, seu aliam condere, non tamen ex vi præsentis dare tale jus, cum ei non insit, n. 119. 120.

Si antiqua Cruciatæ non suffragatur, nec nova, n. 121.

Nulla in Pontificibus culpa, quòd non addant in Cruciatâ, eam non favere Regularibus, n. 122.

Si suis Tridentini attenderetur, vix illa suffret damnabilis, ibid.

An supplicatum sit Papa pro Cruciatâ? n. 123.
Urbanus non excludit Regulares, cum Cruciatæ eos non includat, ibid.

Papa nequit derogare legibus in definitionibus fundatis, nec pro hoc supplicari, ibid.

Eque male confunduntur leges Papa cum definitionibus, ac definitiones cum legibus, n. 124.

Approbare opiniones non est definire earum veritates, n. 125. 126.

Papa sæpè utramque oppositam approbat, ibid. & n. 126.

Nil addendum, aut tollendum Decretis, ibid.
Probabilis non est illud, cuius oppositum non est probabile, n. 126.

Lex posterior derogat priorum, etsi nullam de illa mentionem faciat, n. 127.

Nullus inferior potest annullare legem sui Superioris, & multo minus Commissarius definitionem Papa, n. 128.

Dixi §. antec. sect. 4. §. 2. & omnem N. Adversariorum conatum ipsi Cruciatæ textui nixum, concedentem, ut quilibet, qui eam habet, eligere possit Confessarium, sæcularem, aut Regularem, etsi semel tantum (loquendo de Regularibus) à loci Ordinario approbatum, qui ab omni peccato, & censurâ etiam in Bullâ Cœnæ reservatâ, absolvere possit, semel in vitâ, semel in articulo mortis. Ostendi autem, quòd per Dicciesanum, aut Ordinarium, salvâ Fide Catholicâ, quâ parèrè debemus Pontificis Definitionibus, veniat Dicciesanus tum loci, in quo Confessor, tum temporis, quòd Confessor absolvit: tò enim absolvit, im- portat tempus præsens, seu coexistentiam si- portat tempus præsens, seu coexistentiam si- mul tantam Dicciesani approbantis, & Confessoris absolventis: ex quo patet quàm enormiter devient, qui satis esse dicunt ap- probatione-

approbationem Dieceſani antecedenſis, ut Confeſſor nunc abſolvat, renitentem Dieceſano præſenti: ita enim arguo: Nemo abſolvere poteſt ſine licentiâ Dieceſani loci, in quo abſolvit: ſed talis Confeſſor abſolvit ſine licentiâ Dieceſani loci, in quo abſolvit; ergo invalidè abſolvit.

N. Modò conſideranda eſt altera ratio, in qua Adverſarij diſſonas fundant Cruciatæ interpretationes. Dicunt enim per novam Cruciatæ publicationem derogari à generali ejuſdem Bullæ Commiſſario cuique limitationi Pontificiæ: ex quo fit, ſemper verum eſſe, quòd omnis Sacerdos, ſæcularis, aut Regularis, vi Cruciatæ poſſit quemlibet, & ſe mutuo à reſervatis abſolvere.

N. Confirmat: Vel Motus proprij Pontifici ſuere ante, vel poſt Cruciatæ conceſſionem? Si ante, revocati ſuere per clauſulas contrarias in Cruciatâ contentas: ſi poſt, revocati ſuere à Commiſſario, cui ineſt facultas revocandi omnia, quæ Cruciatæ opponuntur: ergo vi Cruciatæ, non obſtante tali Pontificum motu proprio, poteſt quis à quolibet abſolvi.

N. Sed contra 1. quia ſi ita foret, Commiſſarius longè plus poſſet quam Papa, eludendo omnem etiam definitionem Pontificiam, quòd ex ipſis terminis implicat; eo enim ipſo definitio Pontificia infallibilis non eſſet. Stipendum ſanè quòd cum Cruciatâ certis gaudeat privilegijs, aliqui neſcitum illis contenti agglomerent alia, quæ ipſam Catholicam Fidem, ejuſque viſibile caput everſunt. Quid enim magis Luci Catholice oppoſitum, quàm authoritas in Commiſſario ut definitiones Pontificum reddat nullas? Quis Bullæ Cruciatæ peritus magis, quàm Papa eam concedentes, Commiſſario, niſi eadem à Papâ emanet, nil potente? Profeſto non amplius miror abſurdas Cruciatæ interpretationes, nempe, quòd uno in loco approbatus poſſit vi Cruciatæ electus, ubique, ab omni caſu, & cenſurâ abſolvere, dum hanc audio, quòd Commiſſarius per novæ Cruciatæ publicationem, nullas reddat priorum Pontificum definitiones, cum tamen ejus tantum ſit leges, & Bullas interpretari, & tollere, cujus eſt condere.

N. Contra 2. Si per novæ Cruciatæ publicationem, limitationes à Clem. VIII. & Urb. VIII. additæ ex. gr. ne Regularis à reſervatis abſolvatur, tollerentur, Pontifices in fide errarent; etenim Urbanus VIII. expreſſe ait, quòd Cruciatâ Regularibus numquam ſuffragari poterit, nec poſſit. Si ergo Cruciatâ nec potuit, nec poteſt ſuffragari ex mente Urbani VIII. hoc declarantis, ſanè

evidenter colligitur, quòd Cruciatæ nullum, inquam, tale privilegium inſuit; & quidem etiam tunc novæ Cruciatæ à Commiſſarijs promulgabantur. Si ergo nulla talis facultas in hæſit præteritis, & præſentibus Cruciatæ, ex Urbano VIII. etſi de novo publicatæ fuerint, hoc ipſo nulli Cruciatæ ineſt, etſi publicetur. Porro exemplificavi in Regularibus: attamen hæc doctrina locum habet in omnibus ex ipſo Innocentio XII. damnante opinionem, quòd Confeſſor, quicumque fit, alibi approbatus, electus vi Cruciatæ poſſit ubique abſolvere: quin tales confeſſiones aut irritas, & invalidas. Nec dici poteſt hos Pontifices non locutos ex Cathedra; oſtendi enim ita locutos; nam totam Eccleſiam docent hanc veritatem, & volunt indubitanter admittendam.

Confirmo 1. Quòd numquam fuit, redire non poteſt; & quòd vitam non habuit, revivifcere nequit: ſed ex Urban. VIII. numquam fuit in Cruciatâ tale privilegium, acti-
vum aut paſſivum, ut quis, ſive ſæcularis, ſive Regularis, habens Cruciatam poſſit à quolibet approbato ubique abſolvi, & abſolvere: ergo numquam talis facultas redit per novæ Cruciatæ publicationem.

Confirmo 2. Implicat, ut Papæ declarent, quòd fit valida abſolutio ſæcularium, niſi qui eos abſolvit, fit approbatus ab Ordinario loci, in quo abſolvit: ergo implicat ut fit valida Regularium abſolutio, niſi abſolvantur à Confeſſore approbato à Præſato Regulari, cui dicti Regulares ſubduntur. Ut enim ſe habet Ordinarius loci ad ſæculares, eorumque Confeſſores etſi Regulares; ita ſe habet Præſatus Regularis ad Religioſos ſibi ſubditos, eorumque Confeſſores: ergo ſi ſæcularis nequit vi Cruciatæ abſolvi niſi ab approbato à loci, in quo abſolvit, Ordinario, nequibunt Religioſi vi Cruciatæ abſolvi, niſi ab approbato à Præſato, cui ſubſunt dicti Religioſi. Rurſus ſicut ſæculares vi Cruciatæ abſolvi nequeunt, niſi juxta limitationem Ordinarij maiorem aut minorem, adeo ut niſi Confeſſores ſpecialiter approbentur pro reſervatis Epifcopo, nequibunt vi Cruciatæ eos ſæculares à dictis reſervatis abſolvere; ita quoque niſi Confeſſor abſolvens Regularem, ſpecialiter à Superiore quoad catus Religioſis reſervatos approbetur, nequibit Religioſus ille vi Cruciatæ abſolvere à reſervatis alium Religioſum; etſi Confeſſor foret à Superiore aliunde quoad alia non reſervata abſolvenda approbatus.

Confirmo 3. ſpecialiter ex Innoc. XII. damnante quòd Confeſſor vi Cruciatæ poſſit abſolvere *nbi & eos*, ad quos non eſt approbatus;

probatis; Authores enim hoc docentes extendebant, prout poterant, quoad omnem locum, quoad omnem personam, quoad omnem casum Bullam, ut plene constat ex Clem. X. qui ideo ad tot casus particulares descendit, non minus, ac privilegia a Regularibus extendebantur. Ait 1. Innocentius quod ea opinio dudum fuerit *damnata*, & *reprobata* a Paulo V. ab Urban. VIII. & a Clemente X. Ait 2. se ex certa scientia *decernere*, & *declarare*, *Cruciatam nil novi juris induxisse, nec ullum continere privilegium Confessorum contra formam Tridentini, aliasque Apostolicas constitutiones*: atque adeo Confessores in Cruciatæ electos nequire confessiones audire sine Diocesani licentiâ cuius in loco audiunt confessiones. Ait 3. similes confessiones fore *nullas, irritas & invalidas*: & Confessores ipso facto suspensos, & puniendos. Ait 4. se damnare ut *fallam, scandalosam, & temerariam*, & in praxi perniciosam omnem contrariam opinionem, non obstante quocumque contrario usu, quem omnino abolet. Ait 5. se omnibus præcipere, ne contrariam opinionem doceant, edant, defendant, prædicent, sub poenâ excommunicationis sibi soli reservatæ. Ait 6. has litteras inviolabiliter observandas, nec in dubium vocandas. Ait 7. se ab ipsis etiam Legatis de latere, & Cruciatæ Commissarijs tollere omnem aliter interpretandi facultatem, & irritum fore omne scienter aut ignoranter contra tentatum. Rogo modo, cuiusnam credendum est an Innocentio torâ energiâ Pontificiâ suam mentem exponenti, omnem interpretandi facultatem tollenti; multiplici censuratum, & poenarum genere opinationes, & opinantes damnanti; omne somnium jus quoad dictas absolutiones à Cruciatâ eliminanti, utpote Tridentino, & alijs Pontificum declarationibus è diametro oppositum? an inquam, credendum magis sit Innocentio XII. an talibus Interpretibus Cruciatæ? Vnus Papa, una ergo veritas.

N. 118 Sardonico sæpe excepi risu laxos hos Cruciatæ Interpretes, qui sicut Cruciatæ Bullam supra definitiva Pontificum Decreta, ita Bullæ Commissarium supra ipsum Pontificem extollunt. Negat Urbanus VIII. & alij Pontifices hoc jus absolvendi esse in Sacerdote non approbato à Diocesano loci, in quo quis tunc absolvit. Concedunt isti tale jus in esse Cruciatæ. Negant Papæ quod Commissarius declarare possit tale jus in esse Cruciatæ: concedunt isti quod possit, immo hoc declarat, inquit, dum novam Cruciatam evulgat. Cuiusnam credendum?

Non illis, qui binò pede in via veritatis claudicant, ut isti Interpretes.
Dices: Pius V. aliqua privilegia Regularibus concessa ita confirmans ut nullo tempore sint revocabilia, non autem à sequenti. Pius V. Pontificibus potestatem revocandi illa; nam de plenitudine potestatis Pontificia sunt revocabilia: ergo et si Papæ antecessores, & posteriores dixerint Cruciatam nunquam suffragatam fuisse, nec potuisse Regularibus, ut possent vi Cruciatæ absolvi, & absolvere (quod idem dicendum de Confessarijs sæcularibus) abique Diocesani approbatione, aut supra approbationis limites, poterit tamen Cruciatæ de plenitudine potestatis suffragari.

Respondco, quod si Papa ampliaret Cruciatam, possit: ad quod retenta Cruciatâ, ut modo est, quod ea de facto suffragata fuerit, aut possit, est certo falsum, nam à Papâ definitum Cruciatam, ut modo est, nullam talem facultatem habuisse, nec habere posse, ne igitur à Cruciatâ, ut est, transeat ad aliam, quæ esse potest. An autem Papa ampliorem alteri Cruciatæ dare possit facultatem? Mihi videtur, quod si ea non imberet absurda contra observantiam Regularem, ob quæ Clemens VIII. & Urban. VIII. moti sunt ad sua Decreta edenda, negando Cruciatæ vi posse Regulares à refectione absolvi à quolibet, et si à Prælo Re. Regulari non approbato: similiter si ea non everteret finem à Tridentino, & Pontificibus prætensum, subijciendo Confessoribus Episcopis Diocesanis, negando vabè absolvi, qui absolvitur à non approbato à Diocesano, tunc Papa possit ampliorem concedere Cruciatam; secus non possit.

Dices 2. Cruciatâ loquitur illimitatam, omnibus eâ gaudentibus dat facultatem ut absolvi possint à quolibet approbato ab Ordinario: ergo cum nova Cruciatâ eâ illimitatâ clausulâ oratur, eo ipso limitationes Clem. VIII. & Urban. VIII. quoad Regulares, & limitationes Clem. X. & Innoc. XII. etiam quoad sæculares supergreditur. Sed contra 1. quia si quælibet nova Cruciatâ eandem clausulam continet, quàm antiqua antiqua autem et si eâ illimitatâ clausulâ utens juxta Clem. VIII. & Urban. VIII. definitionem non fuit, nec potuit Regularibus suffragari; consequenter nulla moderna hoc poterit. Contra 2. quia nemo, si verè loquatur, dicere potest quod Clem. VIII. & Urban. VIII. limitant Cruciatam, quin quia cognovere lumine Pontificio esse in se limitatam, ideo definire eam nunquam suffragatam, nec suffragari potuisse Regularibus;

bus; quod ipsum deinde Clem. X. & Innocent. XII. definire, negando vi Cruciatę posse aliquem absolvi, etiā non approbato, quoad reservatos ab Ordinario. Si ergo Cruciatę limitata à Pontificibus non fuit, sed ex se est limitata, & quia talis declaratur non valere, quomodo nova Cruciatę, cum sit eadem ac antiqua, dicitur illimitata?

N. Neque verò culpandi Pontifices sunt, eò quòd cum facillè possent ad maiorem intelligentiam, & præcavendam omnem finistram interpretationem, addere aliquam limitationē, non addant. Sed contra 1. numquid culpa est Pontificū, quòd aliqui nec Bullam Cruciatę, nec Bullas Pontificum intelligant? Numquid quòd nō distinguant definitiones Pontificias, quę sunt de re, ut in se, à Legibus Pontificijs, quę sepe sunt de re mala quia veritatē Numquid non prodere oracula Pauli V. Clem. VIII. Urb. VIII. Clem. X. Innoc. XII. at quo penes aliquos emolumento? Numquid tot Decretis Pontificijs hinc inde conclusi ex præva libertatis amore non redire ad ea laxissimè interpretanda? Numquid non idem malus timendus exitus apud illos, qui omne timoris frænum excutiunt? Si Tridentini finis exigentis ut Confessor ab Episcopo approbaretur, ob oculos primorum Interpretum versatus fuisset, nequaquam fuisset à Pontificibus exponendus, quòd per Episcopum veniat Diocesanus. Si idem finis à subsequētib; Interpretibus animadversus fuisset, nequaquam Clemens X. suum Decretum, in quo plura damnat, edidisset. Si demum idem finis cæteris Interpretibus notus fuisset, nequaquam Clem. VIII. Urban. VIII. & Innoc. XII. opus habuisset Decreta sua contra supposititiam in Cruciatę facultatem in lucem prodere. Teneatur igitur præ mente Tridentini & Pontificum finis; nempe subiectio Confessorum respectu Diocesanorum, non quomodocumque, sed iuxta approbationis limitationem, prout Episcopus coram Deo iudicabit; & hoc retento, illico peribunt privilegia sublata Religiosorum; illico somniata in Cruciatę facultas: quibus nil magis finipretense oppositum.

N. Dices 3. supplicatum Urban. VIII. nomine Catholici Regis à Generali Cruciatę Hispanę Commissario, ut indicat Leander à SS. Sacram. tom. 1. tr. 5. de Pœnit. ne in Bullā excluderet Regulares, ut à casibus reservatis vi Cruciatę absolvi possent. Sed contra; quia transmissā hęc supplicatione ut verā, quid tum? Numquid Urbanus excludit Regulares? Non fanè: nam, ut dixi,

Cruciatę illos non includit; quòd autem non includat, est certum ex ipsa Urbani definitione, quę longè distat à lege; lex enim supponit definitionem: ergo si Bulla non includit, nam numquam suffragari potuit Regularibus; quomodo Urbanus; quòd Bulla non includit, à Bullā excludit? Hęc si ab Adversarijs penetrarentur, hęc non obijcerentur. At quia inasueti sunt Decretis Pontificijs, nec in iisdem distinguunt leges à definitionibus; & multò minus leges fundatas in definitionibus, à puris legibus, & putant quòd sicut liberum est Papę ferre aut non ferre legem; (quòd verum est de purā lege, vetante aliquid indifferens) ita Papę liberum sit definire hoc, aut oppositum; & ferre aut non ferre legem de re definitā; ita mirum non est, si in hęc materiā Adversarij alias docti adeo se divertant. Contra 2. quia tom. 1. tr. 1. de Decretis Pontif. d. 3. num. 53. 61. docui cum P. Card. in damnatas ab Innoc. XI. disp. 2. n. 226. 227. posse quidem supplicari Papam, ut puram legem suspendat, numquam tamen ut definitionem, & legem in hęc fundatam suspendat: quin etsi daretur, quòd hanc legem in definitione fundatam suspenderet, adhuc vi legis naturę teneremur stare definitioni Pontificiæ, ut sepius declaravi: ergo cum à Pontificibus definitum sit Cruciatę nil novi juris contra aut supra Tridentinum induxisse, ita ut sæculares possint vi Cruciatę absolvi à quolibet approbato; aut ab approbato à Diocesano, sed cum limitatione casuum, temporis, personarum; & cum ab iisdem definitum sit, Regularibus nil umquam suffragari potuisse Cruciatę, ut independentem à suorum Prælatorum jurisdictione absolventur, consequenter ab his definitionibus nequit Pontifex supplicari: si enim à definitionibus retrahendis supplicari posset ut alias ferret, fallibilis foret.

Porro ut aliqui Doctores confundunt definitiones cum legibus Pontificijs, ita dividunt alios, hanc materiā parùm callentes, qui omnem legem Pontificiam confundunt cum Pontificiā definitione; tam clarum autem est hos errare, quàm illos. Si enim lex Pontificia foret definitio, cum sepe illa pro rerum varietate mutata sint, mutata fuissent definitiones Pontificiæ; atque adeo, quòd hodie aut hęc est de fide, posset cras, aut alibi non esse de fide, quòd repugnat: ergo non omnis lex Pontificia est definitio. Nam per definitionem venit veritas de fide credenda; & definitio tendit ad hominis intellectum, lex ad hominis voluntatem.

N. Nec per hoc, quòd Ecclesia aut Papa ap-
probet

probet doctrinam, aut responſionem, eam definit ut veram; aliàs cum libri Divi Hieronymi, & Divi Auguſtini ſepe, ut ait Abulenſis, inter ſe contradicentes approbentur ab Eccleſia, Papa approbaret ut veram utramque contradicentiam; ut dixi d. 8. n. 46. d. 10. n. 66. & d. 11. n. 124. 176. Similiter Sixtus IV. & V. approbant utramque opinionem contradicentiam de Chriſto D. venturo, & non venturo, Adamo non peccante, tamquam fidei, pietati, & rationi conſonam: quin Sixtus V. minus probabilem ſibi approbat ut probabilem, nam approbat hanc orationem, *Peccatores non abhorret, ſine quibus nunquam foret tanto Digna Filio*; que oratio nititur opinioni Thomiſtica, Sixtus V. autem fuit Scotiſta: ob quam orationem in Aragoniæ Regno, ut dixi d. 11. n. 124. 128. 176. diſting. ortæ ſunt contentiones: ergo approbare opinionem, aut responſionem, non eſt definire eam veritatem, ſed earum probabilitatem, & reſpondentium prudentiam. De cætero ſi approbare opinionem, & responſionem foret definire veritatem ejuſ, Papa approbans definiret utramque veram, quod implicat. Quare cauſiſſimè ſemper juxta Fidei regulas de Pontificibus eorumque Decretis loquendum; quidquid enim addatur quod illis certò non convenit, quidquid tollatur, quod illis certò convenit, ſemper ineſt periculum Pontifici inſallibilitatis, quam mordicus etiam ipſa ſanguinis effuſione tueri tenemur: dum definit ex Cathedrâ, inſallibilis eſt; dum purè approbat, ex. gr. responſionem Divi Thomæ, aut Divi Bonav. eorumque contrarias opiniones, tunc non definit, ſed purè laudat utriuſque responſionem, nec tendit in responſionis aut opinionis veritatem, ſed in probabilitatem; ergo tunc non definit ex Cathedrâ, nec eſt inſallibilis.

N. Ad rem facit, quod in quolibet meo Tomo ſæpius notavi, non eſſe idem probabilius, ac cujus oppoſitum non eſt probabile; quod idem amplexum vidi à nobili Scotiſta Joan. Anton. de Panormo in ſuo Scrutinio Romæ edito, anno 1709. cap. 7. art. 11. n. 7. citato Card. de Lugo d. 20. de Fide ſeſt. 3. a n. 119. aliàs nullum eſſet diſcrimen inter probabilius, & certò verum; & Papæ definientes aliquam propoſitionem eſſe probabiliorem, definirent certò veram; quod eſt proſus falſum, cum ſepe ſuſpendant iudicium de veritate utriuſque opinionis opoſite. Ita Innoc. III. in cap. *litteras tuas* de reſtitur. ſpoliat. relatis pluribus ſententijs de reſtitutione mulieris, ait: *Nos autem ad præ-*

ſens nullam ex prædictis ſententijs reprobamus, nec cuiquam earum præjudicium ex noſtra reſponſione volumus generari. Aliud ergo eſt approbare probabilitatem, aliud definire veritatem. Nolo autem omittere quod S. Thomas 3. p. qu. 7. art. 1. ad 1. notavit, quod aliquando Pontifices non loquantur determinative, ſed opinative: quæ cum ita ſint, conſtat qua maturitate Decreta Pontificum libranda ſint, ne Pontifici attribuatut aut tollatur quod ei attribuendum, aut tollendum non eſt.

Ad confirmationem dico, quod præterquam quod lex poſterior deroget priori, eſt de illâ nullam faciã mentionem, ut dicitur cap. 1. de conſtitut. in 6. & ex Gloſſâ ibidem, adeoque per ſubſequentes Pontificum definitiones intelligi poſſunt clauſulæ Cruciatæ fuiſſe derogatæ; at tamen, ut aliàs notavi, & modo notatum reperi in P. Bardi pag. 52. n. 23. Regulares nunquam in Cruciatâ incluſi fuerunt quoad privilegium eligendi Confeſſorem, & abſolventi à reſervatis, ut definire Clem. VIII. & Urban. VIII. Si ergo incluſi non ſunt, quid habet Commiſſarius cum illis, nec quoad eos includendos, cum hoc nequeat, non enim poteſt Cruciatam condere, ſed ſolus Papa, nec quoad excludendos, cum incluſi non ſint?

Omitto quæ DD. aliqui dicunt de Commiſſario aliquo tum Hiſpano, tum Luſitano, quod hic die 7. Martij ſiſus facultati interpretandi Cruciatam, declaravit eam eſſe vere Religioſis, ut pro libito eligant approbatum, a quo à reſervatis abſolvi poſſunt. Sed reverà hæc facultas ſomniata eſt, nullus enim inferior annullare poteſt quod fecit Superior; & multò magis definitionem: & ideo Urb. VIII. & expreſſioribus verbis Innoc. XII. tollit omnem a quocumque etiam digniſſimo, & nominando facultatem alteri interpretandi Cruciatam, quare talis auſus non potuit non eſſe temerarius. Vid. P. Bardi pag. 58. Omitto leviora: quod Decreta Pontificum, cum ſint leges, egeant promulgatione: quod non complectantur omnes Religioſos. At dixi leges nixas Definitioni non egeant promulgatione. Quod verò omnes Regulares includat, patet, tum quia dicit, Mendicantes, & non Mendicantes; tum quia dicit, Regulares.

SECTIO VI.

Obiectio difficilima.

§. I.

Quia pleraque confessiones erunt invalidae, adeoque repetendae.

SUMMARIUM.

Quia ad summum dici potest confessiones praetextu Cruciatæ, aut privilegiorum factas, fuisse illicitas, non invalidas, n. 129.

Hoc argumentum petit regulam pro discernendâ confessione illicita ab invalidâ, n. 130.

N. 129. **E**N obiectio, quæ me dirè ex cruciat. Vel confessiones factæ cum approbato à quolibet Diœcesano, & sine approbatione proprij, & factæ cum Regulari ab alio, non à Diœcesano, approbato, dicente se vi suorum privilegiorum posse absolvere, & factæ à læulari aut Regulari vi Cruciatæ, sub iudicio certò probabili de valore absolutionis, sunt tantùm illicitæ, vel etiam sunt invalidæ? Si invalidæ, omnes repetendæ erunt; quo quid durius, quàm obligare, qui bonâ fide cum dolore, & proposito, omnia sua peccata summo cum rubore confessi est, putans se posse validè vi Cruciatæ absolvi, teneatur omnes eas confessiones repetere, & peccata in eis deposita teneatur iterum subijcere? Idem esto de alijs opinionibus iudicium, sub quibus aliquis bonâ fide credit se validè absolutum; quòd omnes illæ confessiones repetendæ erunt ob absolutionis nullitatem: ergo dici non potest esse invalidas, sed tantùm illicitas ex parte Confessoris. Atque adeo dum Urban. VIII. dixit Cruciatam non suffragari potuisse Regularibus, sensus sit non potuisse licitè suffragari, non verò validè; & dum Clem. X. & Innoc. XII. dictas confessiones aiunt irritas, & invalidas, velint unicè esse ex parte Confessoris absolventis illicitas; eo modo, quo contractus illicitus, & turpis, dicitur in jure impossibilis. Quin ne quidem dici potest fuisse illicitas ex parte Confessoris, quatenus potuit bona fide iudicare, se, vi suorum privilegiorum, aut vi Cruciatæ habere jurisdictionem ad validam absolutionem activam conferendam; non minus ac poenitens bonâ fide iudicat ad validam absolutionem passivam recipendam se habere facultatem.

N. 130. Hoc argumentum, non nisi penes illos, qui per extrema procedunt, facilem habere potest solutionem: nempe vel obligando omnes, qui hæc tenent bonâ fide, tum Confessoris iudicantis se posse absolvere sub

Tom. III.

opinionibus dein damnatis; tum poenitentis cum dolore, & proposito omnia mortalia factis, obligando, in quâ, ad omnes tales confessiones iterandas; quòd vix possibile & durissimum est: vel neminem obligando ad eas confessiones repetendas, quatenus uterque, tam Confessor, quàm poenitens bonâ fide processit; hoc verò laxissimum est: ut enim poenitens bonâ fide putans se habuisse dolorem, cognoscens deinde se eo caruisse, teneatur, ut de suâ necessariâ dispositione dubitat, repetere confessiones ex defectu sui doloris invalidas; ita quoque Confessor dubitans de suæ absolutionis valore, immò conscius de nullitate, tenebitur poenitentem monere ut confessiones repetat, quin poenitens ipse, si ve ex notitiâ Confessorij, si ve aliunde sibi persuadens nullam fuisse Confessoris absolutionem, tenebitur ad iterandas factas sub dictis damnatis opinionibus de absolutionis valore confessiones. Petit ergo hoc argumentum regulam, quâ conscientia mederi possimus: si enim dixerimus omnes invalidas, omnes repetendæ: si nulla, nulla repetenda.

§. II.

Premittenda.

SUMMARIUM.

Potestas absolvendi est de essentia Sacramenti Poenitentia, n. 131.

Laicis non convenit ex Tridentino, ibid.

Ea potestas etsi sit juris Divini, simul tamen est juris Ecclesiastici quoad usum, ibid.

Alia est ordinaria, alia ex privilegio juris, alia delegata. Quid? n. 132.

Qui ex officio absolvit, videtur per ipsam beneficij curati electionem approbati quoad absolvendum, ibid.

Quibus ex jure conveniat potestas absolvendi, ibid.

Qui sit sensus horum verborum, Error communis, Titulus coloratus, consuetudo, dant jurisdictionem? n. 133.

Quinam hujus, Ecclesia dat jurisdictionem? Ibid.

Absolvens sine Ecclesie consensu, invalidè absolvit, ibid.

Quid Christus D. quid Ecclesia det potestatis Sacerdotibus? Ibid.

Quid error communis; quid titulus putativus? n. 134.

Unum est separabile ab alio, n. 135.

Quodnam satis sit, ut iudicetur, quòd Ecclesia certam det jurisdictionem, n. 136.

Omnes teneant errorem cum titulo satis esse, ib.

Non ita sine titulo, n. 137.

Ss

Omnes

Omnes quoque, quod solus titulus sine errore, n.

138.

Consuetudo est certum jurisdictionis signum, n.

139.

Consuetudo juxta, supra, & contra legem, quid?
Ibid.

An dari possit consuetudo legitima contra leges
Canonicas? Ibid.

Quando Ecclesia suppleat jurisdictionem? n. 140

N.

131.

Certum 1. jurisdictionem seu absolven-
di potestatem esse de essentia Sacra-
menti poenitentiae instituti ad formam judi-
cij, unde qui hoc negant, ut tueantur licere
absolvere sub jurisdictione certo probabili,
ne incurrant in damnationem ab Innoc. XI.

Inn. XI.

quod licet in Sacramento uti materia, & for-
ma tantum probabili, relicta tutiore, negant rem
evidentem; quod longè peius est, quam so-
lutionem argumenti ignorare. Est igitur po-
testas, immo, per me, intentio absolventi de
essentia Sacramenti poenitentiae, non minus,
ac ut late docui in tract. de Sacramento, intentio
baptizantis, consecrantis, & contrahen-
tium, est de essentia Baptismi, Eucharistiae,
in fieri, & Matrimonij, ut etiam dixi d. 22.
n. 227. Hec absolventi potestas, quia vi Or-
dinis Sacerdotalis à Christo D. confertur,

Triden.

ideo laicis non convenit, ut ait Tridentinum
sess. 23. de Ref. cap. 15. & sess. 14. cap. 7. etiam
autem hoc utrumque sit de jure Divino,
quod vi Ordinis conferatur, & quod laicis
non insit; attamen ea absolventi jurisdic-
tio est simul juris Ecclesiastici, ad quod perti-
net ampliare, limitare, quomodo, quando,
qualiter, ad quos, & in quos exercere ea ju-
risdictio possit, prout Pontificibus in Do-
mino visum fuerit. Hanc enim dispositio-
nem Christus D. Ecclesiae capiti, ceteris-
que ejusdem Episcopis reliquit: qui, si Sa-
cerdotes aptos invenerint, juxta eorum ap-
titudinem, quae in vitae, & doctrinae in-
tegritate consistit, ampliore, aut limita-
torem jurisdictionis utrumque, quoad tempus,
loca, personas concedunt: etiam ergo po-
testas absolventi sit à jure Divino, attamen
ejus usus, & exercitium est ab Ecclesia, sine
qua ea potestas, praeterquam in articulo
mortis, est nulla.

N.

132.

Certum 2. jurisdictionem absolventi
aliam esse Ordinariam, aliam ex privilegio
juris, aliam Delegatam. Ordinaria est, quae
competit vi officij, qualis est Episcopi re-
spectu suae Diocesis, Parochi respectu suae
Parochiae, Praelatorum Regularium respec-
tu sibi subditorum. Hae jurisdictiones Ordina-
riae approbatione non eget, quia approbatus pro
tali munere, eo ipso censetur quoad ejus

muneris officia approbatus. Ex privilegio
juris est, quam jus concedit tanquam per-
sonale privilegium, ut pro arbitrio eligat
pro suo Confessorio etiam non approbatus.
Hanc passivam, ut quis à quolibet absolvi
possit; jurisdictionem dicunt Cardinales,
Nuntios, Episcopos, & supremos Praelatos
Regulares habere. At si habeant, si non
habeant, quod non disputo, ne umquam
verum sit, quod non approbatus absolvere
possit, dicerem quod eo ipso quod talis Sa-
cerdos eligatur à illis viris, eo ipso ab il-
lis approbatur, nam judicatur aptus pro dan-
da absolutione: ergo jurisdic-
tio haec passiva, ut quis absolvatur, etiam à jure concessa, praesupponit semper Confessoris approbationem. Delegata est, quae exerceri nequit sine
Episcoporum loci, in quo quis absolvit, ap-
probatione; quae posita, delegatur Sacerdoti
libertas utendi potestate absolventi vi
Ordinis collata.

Certum 3. ne minus periti regulari Theo-
logorum, & Juristarum loquendi phrase se
implicent, dum frequenter hos auctores ter-
minos; quod error communis, quod consuetudo,
quod titulus coloratus dant jurisdictionem, non
est sensus, quod revera eam dent; sed sensus
est, quod quoties ea adfuerint, toties Ecclesia
ampliat Sacerdotis jurisdictionem; & Re-
ges Judicum auctoritatem. Similiter dum
dicitur, Ecclesiam dare jurisdictionem, non
est sensus, quod potestas absolventi non
sit vi Ordinis à Christo D. collata, est enim:
sed sensus est, eam exerceri non posse sine
Ecclesiae consensu: hinc quia usus ejus po-
testatis pendet ab Ecclesia, ideo ea potestas
dicitur dari ab Ecclesia dante utrumque. Quare
si Ecclesia non consentiat, perinde est (ex-
cipie mortis articulum) ac si Sacerdos eam
potestatem non haberet: & ideo laudandi
mihi iterum Pontifices, quod absolutiones
datas si vi Cruciate, si vi privilegio-
rum, si vi praescriptae à Cruciate, & privile-
gij, absolutiones, inquam, datas à Sacer-
dote per loci Diocesanum non approbato
vocavere irritas, nullas, invalidas; quae perinde
sunt, ac si non darentur: etenim Sacerdos
sine Ecclesiae consensu absolvens, perinde te
habet ac non absolvens; sed non absolvens
facit Sacramentum poenitentiae irritum, nul-
lum, & invalidum: ergo etiam ille, qui si-
ne, immo contra Pontificum consensum
absolvit. Distingui igitur potest in Sacerdo-
te potentia remota, & proxima jurisdic-
tionis. Illa non est nisi jus absolventi collatum
à Christo D. cuiuslibet Sacerdoti. Haec est di-
ctum jus completum à consensu Ecclesiae
per suos Episcopos.

Sci-
ent-

N. 134. Sciendum porro, quid sit error communis, & quid titulus coloratus. Error communis est, quando idem error habetur communiter tamquam veritas, & quidem penes prudentes. Titulus coloratus seu putativus est, quando datur titulus aliquis, in quo ille error fundatur: constat hoc in Sacerdote, qui nemine contradicente audit confessiones; immo fictis litteris Parochum se fingit: in quo casu fictæ litteræ sunt titulus; & simul sunt fundamentum erroris communis, quo indubitanter habetur, ut approbatus, immo ut Parochus.

N. 135. Certum 4. adesse posse errorem cum titulo putativo, & sine eo: & titulum cum eo, & sine eo errore communi. Adest error communis cum titulo tum in dato exemplo, tum in Sacerdote, cui a legitimo Superiore collatus sit titulus Parochi, qui tamen ob defectum occultum est incapax, vel quia irregularis, vel quia simoniacus, &c. Adest error sine titulo, cum putatur ex gravissima ratione approbatus, & non est. Adest titulus coloratus sine errore communi, cum quis falsam fingit suæ approbantis authenticam. Adest titulus coloratus cum errore, quando supposito titulo electionis in Parochum, reputatur communiter Parochus.

N. 136. Certum 5. Theologos inter se satis discordes esse, quodnam ex relatis satis sit, ut Ecclesia conferre censenda sit Sacerdoti certam jurisdictionem. Quod error communis cum titulo colorato satis sit, est inter T. T. & Jurisconsultos omnino certum, ut legere est in P. Carden. *dis. 2. in damn. ab Innoc. XI. n. 148.* Fundantur Jurisconsulti in lege *Barbarius. ff. de officio Prætoris; & in caput. Insanis. 3. qu. 7.* quo decernitur, quod si servus, qui jurisdictionis incapax est, ignoretur esse servus, & ex delegatione dederit sententiam, sententia ab eo lata sit valida: hoc verò, ut rectè notat P. Cardenas, non quatenus verum titulum exercende jurisdictionis habuerit, sed quia Princeps ob publicam utilitatem sententiam fecit validam. Fundantur Theologi, quia si error communis cum titulo putativo non dat jurisdictionem ob commune Fidelium bonum, innumerus Fidelium numerus æternæ subiceretur damnationi, etsi invincibili ignorantia laborarent; immò ducti titulo putato ab illis certo, quod Sacerdos ille jurisdictionem haberet, eam ipsam incurrerent ruinam. Legit. P. Sanch. *lib. 3. de Matrim. d. 22. n. 5.* Card. de Lugo de Pœnit. *d. 23. sect. 8.* & alios.

N. 137. Quod satis sit error communis sine titulo ut Princeps, & Ecclesia certam dent jurisdictionem, non est adeo certum, quin plerumque

que conferri negant, legendi apud P. Sanch. *l.c.* & P. Card. *l.c.* quibus addo Card. de Lugo *tom. 2. de Just. d. 37. n. 23.* Potestatis *tom. 1. n. 3262.* Hi tamen citati DD. tuentur quod sententia asserens solum errorem communem satis esse ut Ecclesia det jurisdictionem, tuentur, inquam, esse certo probabilem: eorum ratio est; quia eadem sequuntur inconvenientia, si sub solo errore communi non conferatur jurisdictionem, ac sequuntur si sub errore communi, & titulo colorato non conferatur; ergo si sub errore communi conjuncto cum titulo colorato conferatur, ne innumeræ pereant animæ, conferatur quoque, si adsit solus error communis sine titulo colorato.

Quod demum solus titulus coloratus sine errore communi conferat, est prorsus certum ex eadem ratione, & nervosè probatur à P. Card. *a n. 159.*

Certum 6. quod præter dicta signa, ex quibus certò colligitur Principem, & Ecclesiam certam conferre jurisdictionem, est ipsa quoque consuetudo legitima, & non derogata, ut latè expendit P. Card. *l. c. a n. 161.* collectis pluribus ex jure textibus, quibus aperte dicitur, quod consuetudo det jurisdictionem. Hoc ipsum tamquam certum ab ipso Tridentino supponitur, ait enim *sess. 2. de Reform. cap. 3. Si alicui ex prædictis Dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis de jure, seu consuetudine jurisdictionem non competat*: ergo ipsa consuetudo evidens indicium est collatæ ab Ecclesiâ jurisdictionis. Nota autem quod consuetudo alia est juxta legem; hæc autem est optima legum interpretis; alia præter legem, nempe que novam à legis obligatione distinctam obligationem inducit; ut in aliquibus Regnis lex jejunijs, quæ ex se non obligat abstinere à lacticijs, obligat tamen eo in Regno, ubi utus est, quolibet jejunijs die sive intra, sive extra Quadragesimam ab illis abstinere. Alia contra legem, & hæc derogat legi, non quidem Divinæ, aut naturali, quæ à nullâ consuetudine tolli possunt, sed humanæ, sive Ecclesiasticæ, sive seculari. Hæc tamen consuetudo contra leges, etsi Canonicas, ut licita sit, debet vel tacita Superiorum permissione, vel ejus legis præscriptione, esse introducta. Hinc P. Mendo in sua Epitome *verb. consuetudo*, P. Gobat. *tom. 1. tr. 9. n. 23.* Felix *tom. 1. n. 243.* & alij asserunt, dari posse consuetudinem contra leges Civiles, & Canonicas, & contra impedimenta jure humano dirimentia Matrimonium; contra ritus Sacramentorum, non tamen eorum substantiam, ut satis experientia ipsa docemur.

P. Sanch.
P. Card.
C. de
Lugo
Felix.

N.
138.

N.
139.

P. Card.

Trident.

P. Mendo.
P. Gobat.
Potest.

N. 140. Modò præcipuum difficultatis punctum est determinare, quando Ecclesia suppleat jurisdictionem; quo deciso, facile erit definire, an confessiones factæ sub probabilitate jurisdictionis, etsi prorsus suppositivæ, fuerint invalidæ, adeoque iterandæ.

§. III.

Objectionis solutio.

SUMMARIUM.

Toties Ecclesia certam dat absolvendi potestatem, quoties datur inter classici DD. certo probabilis de jurisdictione opinio, n. 141.

Doctores, ibid.

Alique illationes pro reservatis, ibid.

Rationes, n. 142. 143.

Opinio debet tunc esse certo probabilis, n. 144. 145.

Si non sit certo probabilis, sed dubia de probabilitate non dat, n. 145.

Non satis judicium certo probabile de jurisdictione, sed supervenire debet reflexum, quod eo stante Ecclesia det certam jurisdictionem, n. 146.

Nulla Confessio ratione absolutionis est invalida, quoties absolutio fundatur, vel in errore communi, vel in titulo colorato, vel in legitima Ecclesia consuetudine, vel in certâ de jurisdictione absolvendi probabilitate, n. 147.

In his Ecclesia dat certam jurisdictionem Confessori, ibid.

Absurdâ oriuntur ex ipsâ hypothese absurdâ, suppositâ ut verâ, n. 148.

Cur Innocentius XII. dixerit, confessiones deinceps faciendas, futuras nullas? n. 149.

An error inculpabilis satis sit, ut Ecclesia det absolutioni valorem? n. 150. 151.

Ignorantia culpabili non dat, n. 151.

Quid importent illæ voces, error invincibilis, titulus coloratus, opinio certo probabilis de jurisdictione, dant jurisdictionem, seu valorem? n. 152.

Jurisdictio absolvendi est de essentiâ Sacramenti confessionis, n. 153.

Ita insertur ex Tridentino, ibid. & n. 154.

Ecclesia nil directè potest circa materiam, & formam Sacramentorum, n. 155.

Eadem materia confessionis in moribundo, ac in sano, ibid.

N. 141. Dico toties Ecclesiam certam dare Confessori jurisdictionem, quoties adest certo probabilis inter classici Doctores de jurisdictione opinio. Ita expressè P. Card. diff.

P. Card. 2. à n. 161. qui plurimos expressis eorû verbis recitat, quos inter P. Lessium lib. 2. de

Just. cap. 29. dub. 8. n. 68. dicentem: Non solum error communis, sed etiam probabilis Doctorum assertio efficit ut Ecclesia det jurisdictionem. Idem ait P. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 27. sect. 2. n. 7. scribens, esse universalem, uti Lugo Ecclesia usum: si autem est universalis, uti Lugo que est certus: ut Sacerdotes secunde utantur jurisdictione, nempe probabili. Idem Card. de Lugo d. 19. de Penit. sect. 2. n. 31. fatetur dicens, quod sit Ecclesia totius potestatis, usus absolvendi sub judicio de certo probabili jurisdictione. Idem P. de la Fuente in sua Theologia reformatâ, ait enim quod in illis, quæ ad Sacramenti valorem ex Ecclesiæ dispositione requiruntur, licitum sit unâ opinione probabili: & hanc sententiam plurimis recitatis ait moraliter certam. Idem P. Nogueira d. 7. à n. 81. pag. 76. dicens, quod jurisdictione absolvendi à reservatis ex opinione probabili sit certa, conferente illam Ecclesiâ; & citat P. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 32. sect. 5. P. Sanchez lib. 3. de Matrim. d. 20. n. 4. & d. 22. n. 65. & in Summa lib. 1. cap. 9. n. 3. Balthusim Ponze lib. 5. de Matrim. cap. 19. & 20. P. Palao tom. 1. tract. 1. d. 2. P. Tambur. lib. 1. in Decal. cap. 3. §. 3. n. 21. & plures alios, quibus addo P. Mendo disp. 25. cap. 3. & seq. dicentem, omnes confessiones vi suppositæ facultatis vi Cruciatæ factas esse repetendas, nisi ex errore invincibili dictæ opinionis judicata fuerint certo probabiles.

Ratio conclusionis est; quia Ecclesia certo dat jurisdictionem, quoties penes sapientes adest error communis, putatus invincibiliter veritas, ut asserunt omnia jura, & Theologi: ex. gr. cum aliquis Sacerdos habetur invincibiliter apud plerisque prudentes, ut approbatus, cum non sit: vel cum habetur ut Parochus ex testimonio ficto, habito invincibiliter ut vero, cum non sit: sed opinio certo probabilis de jurisdictione habetur ut certo vera de probabilitate jurisdictionis, atque adeo est error communis de probabilitate jurisdictionis: ergo Ecclesia tunc dat certam jurisdictionem: ergo quoties Confessor ex certo probabili de jurisdictione judicio absolvit, habet ex communi Ecclesiæ praxi certam ab Ecclesiâ jurisdictionem.

Secunda ratio est; quia approbata confessio Ecclesiæ aut Principis consuetudo certam dat jurisdictionem, ut omnia jura, & Theologi clamant; sed est consuetudo approbata ab Ecclesiâ, ut Confessores sub judicio certo probabili de jurisdictione valide absolvant: ergo Ecclesia tunc certam dat Confessori jurisdictionem. Maior constat ex dictis §. antec. minor patet ex citatis Doctoribus.

P. Card. ribus : & utramque dilucidè probat P. Cardenas *diff. 2. num. 161. ad 171.* quem hæc in materia omnibus præfero; nullus enim hanc ex professo tractat, quin supponunt ut certam.

N. 144. Interim tenacissimè tenendum, me semper loqui de opinione *certò* probabili de jurisdictione: soli enim Sacerdoti habenti illud *certò probabile* iudicium Ecclesia certam dat jurisdictionem; non vero dubitanti de probabilitate jurisdictionis & sue opinionis: ex quo principio bene intellecto, & applicato deducuntur illationes: quæ confessiones sint validæ & non iterandæ; quæ ex defectu jurisdictionis invalidæ, & iterandæ.

N. 145. Ideo in conclusione dixi, Ecclesiam toties dare certam jurisdictionem, quoties opinio est certa de probabilitate jurisdictionis: si enim de eâ sit dubia, tunc Ecclesia certam non dat jurisdictionem. Qui enim esse possit ut Ecclesia certam conferat ei jurisdictionem, cui ita probabile est, ac non est probabile se habere jurisdictionem? dubium enim est ad utrumque contradictorium; sed contradictoriû probabilitatis est non probabilitas: ergo si probabilitas est dubia, etiam non probabilitas est talis, ut sæpe docui: ergo quoties probabilitas jurisdictionis est dubia, Ecclesia non dat jurisdictionem: ergo, cum nemo absolvere possit, nisi certâ gaudeat jurisdictione, hanc autem nemo dubitans de probabilitate jurisdictionis ab Ecclesiâ habeat, consequenter nemo de jurisdictionis probabilitate dubius absolvere potest; nec licitè, eò quia exponet certè frustrationi Sacramentum; nec validè, eò quia Sacramentum erit invalidum ob jurisdictionis defectum, quam Ecclesia non dat ei, qui non habet certum de probabilitate jurisdictionis iudicium.

N. 146. Porro tenendum firmiter est, nullum iudicium certum de probabilitate sive maiori, sive minori jurisdictionis satis se solo esse, nam semper adest periculum frustrandi Sacramentum, atque adeo necessarium est recurrere ad principium reflexum, quòd Ecclesia, ut constat ex Fidelium praxi, certam det ei jurisdictionem, qui habet certum de probabilitate jurisdictionis iudicium. Ex hoc principio, ut innui paulo ante, resolvemus, quæ confessiones fuerint, aut sint validæ, & non iterandæ, quæ non. Innui quoque, me plenè nisi doctrinæ P. Cardenas; nemo enim ex pluribus à me lectis in tam arduâ, & dilatata materia est, qui maiorem dederit lucem, præcipuè post 1. ab Innoc. XI. damnatam, & alias plures à Clem. X. & Innocent. XII.

Tom. III.

Ad argumentum §. 1. allatum, quod erunt N. 147. invalidæ omnes confessiones nixæ opinionibus improbabilibus de jurisdictione: quòd approbatus in unâ Diocesi validè absolvat in aliâ: quòd Regulares vi Cruciatæ absolvi possint a reservatis: quòd ejusdem Cruciatæ vi possit alibi approbatus eligi ubique: quòd vi privilegiorum juris corpori inferiorum possint Regulares indistinctè absolvere omnes, & absolvi: & aliæ similes opiniones. Ad argumentum, inquam, dico omnes similes confessiones tam certò levibus, & improbabilibus opinionibus nixas, fuisse certo ex se invalidas, nisi (N.B.) tales improbables opiniones fuerint ex ignorantia, & errore inculpabili à Confessarijs sibi olim certò probabiles. Si enim tales reputatæ fuerint, tunc non fuisse invalidæ: eò quia, ut dixi, Ecclesia Confessarijs ignorantia, & errore invincibili laborantibus certam dat jurisdictionem. Si enim Ecclesia certam dat jurisdictionem ei, cui iudicium est certò probabile, immò ei, qui ex titulo putativo aut errore communi habetur ut approbatus, etsi non sit, ut docet Fidelium praxis, & plerique T.T. inter quos P. Suar. P. Less. Card. de Lugo, P. de la Fuente, & alijs, quanto magis Confessori invincibiliter putanti se certo validè vi Cruciatæ aut privilegiorum absolvere, & invincibiliter credenti satis sibi esse ut alibi sit approbatus, & ut validè absolvat fœminas, satis ut possit validè absolvere viros; & ut validè absolvat ab Episcopalis reservatis, satis ut ab aliquibus Pontificijs absolvere possit? Nemo enim, ut rectè ait P. Carden. *diff. 2. n. 72.* tenetur repetere confessionem, si certo probabilitèr judicet fuisse bonam: ergo si tales poenitentes contriti, & integrè confessi sunt Sacerdoti putato vel errore communi, vel ex titulo colorato, approbato: & tales Confessores ex errore omnino inculpabili putarunt se validè sub dictis opinionibus absolvere, eò ipso illæ confessiones repetendæ non sunt, nam validæ fuerunt, eò quia Ecclesia positus illis circumstantijs certam illis Confessarijs dedit jurisdictionem.

Video aliquos ad hanc responsionem titubare; sed nemo ad certam responsionem titubare potest, nisi qui negligat circumstantias, sub quibus ea datur. Quis enim Catholicus non sciat quòd ignorantia invincibilis excuset à peccato formali, immò, juxta fere omnes T.T. honestè formaliter actum? Contra quòd tamen Catholicum principium quàm horrenda objeuntur! puta, quòd mentiens non peccabit &c. quæ omnia d. 5. & 6. latè diluimus, dicendo, quòd, Ss iij si quod

P. Suar.
C. de
Lugo.
P. de la
Fuente.
P. Card.

N.
148.

si quod oritur absurdum, oritur ex hypothesi ipsa; nempe, quod mentiens invincibiliter ignoret mendacium esse peccatum: quia hypothesi absurdâ datâ ut verâ, de fide est eum mentientem non peccare formaliter. Ita accidit in casu nostro. Omnes illæ confessiones factæ sub dictis opinionibus à Papâ damnatis, & ex se certò improbabilibus, & cognitæ ut talibus, sunt ex nullitate absolutionis ex se invalide. Quòd si factæ supponantur eum Confessarijs earum damnatarum inscijs, suasque interpretationes putantibus ex invincibili errore sibi certò probabilibus, immo veris, tunc quia Ecclesia in tali casu supplet jurisdictionem, dicendum eas confessiones, si cætera adfuerunt, fuisse certo validas: quòd si hoc videatur alicui absurdum, culpet hypothesim, nam optima Logica docet, quòd ex falso supposito ut vero, sequitur verum.

N. Modo certum est, quòd omnis fictitia probabilitas, quam aliqui dabant damnatis, est tam patens, & à tot Decretis Pontificijs reprobata, ut solus ille ignorare possit eas opiniones esse scandalosas, falsas, temerarias, perniciosas, qui *apertis oculis*, ut ait D. Gregorius, *ad ignem vadit*: atque adeo absolutiones sub iidem collatas esse prorsus nullas.

In.XII. Quare appositè prorsus Innocentius XII. declarat omnes confessiones *deinceps* faciendas, futuras irritas, & invalidas, supponendo vix possibilem deinceps Decretorum, & damnatarum ignorantiam: en ejus verba: *Confessiones autem aliter, & contra earumdem presentium, aliarumque Apostolicarum constitutionum formam deinceps faciendas, & excipiendas, præterquam in casu necessitatis in articulo mortis, nullas fore, irritas, & invalidas.*

Clem. Idem asseruerat Clemens X. utens verbis de futuro; ait enim, *irritum quoque quicquid fuerit super his quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atrectari.* Quæ omnia maxime favent nostre responsioni.

N. Dices: Ex textu Clementis citato constat confessiones *ignoranter* faciendas, habendas ut irritas; ergo præterita, etsi ignorantèr factæ, fuere irritæ; ergo dici nequit potuisse ex ignorantia invincibili esse validas: nam ad summum sequitur præteritas non fuisse illicitas, quatenus ignorantia invincibilis excusat à peccato; fuisse tamen invalidas, quia ignorantia inculpabilis non dat valorem; alias inculpabiliter putans se esse Sacerdotem, cum non sit, validè in morte absolveret, quod nemo dicet.

N. Sed contra 1. quia egregiè Clemens ait, confessiones *deinceps* faciendas, etsi ignorantèr fiant, seu ignorando esse damnatas

opinionibus sub quibus sunt, futuras irritas. Supponit enim talem ignorantiam non posse non esse culpabilem, ob totas à Pontificibus proscriptas; Ecclesia autem non dat jurisdictionem laboranti ignorantia culpabili. Quis enim toties damnatus, & totæ centuris affectus, & ubique notus suspicari possit invincibiliter ignorari? Sanè viâ hoc moraliter possibile est in Confessore; & quæcumque ignorantia obtendatur, semper erit vincibilis, cui Ecclesia non dat jurisdictionem. Quòd si reverà ignorantia sit eo in Confessore & penitente adhuc hodie inculpabilis, eâ suppositâ, confessio ex vi jurisdictionis valida erit, quia Ecclesia tunc tali Confessori analphabeto dat jurisdictionem: & si quod inde absurdum, est vi absurde hypothesi; quòd hodie datur in eo Confessore post tot Decreta adhuc ignorantia invincibilis.

Contra 2. quia hoc ipsum argumentum N. solum manet, dum dixi has phrasas, *confessio, error communis, in vultu coloratus, opinio certa probabilis, dat jurisdictionem seu valorem, non significare, quod ipsa eam det, sed esse motum judicandi, certumque indicium quòd Ecclesia certam tunc det jurisdictionem, seu valorem in illis, quæ quoad valorem Sacramenti pendunt à dispositione Ecclesia*, non in alijs: ergo cum esse aquam aut non aquam, esse Sacerdotem, aut laicum non pendat à dispositione, nil mirum quòd nemo laicus, cum careat Ordine, cui nititur jurisdicatio, absolvere possit, nec Ecclesiam supplere jurisdictionem, cum omni, durante statu laicali, incapax sit facultatis.

Ex hac doctrina refutata manet responsio N. data, ut dicitur à Theologis Romanis, qui 1777 adfiterentur examini *propositionis prima ab Innocentio XI. damnate*; nempe quòd damnata unice loquatur de alijs Sacramenti partibus, quæ sunt de jure Divino; non de jurisdictione, cujus commissio, & limitatio est ab Ecclesia. At, eorum Romanorum pace, hoc non videtur subsistere, ut ait P. Card. *diff. p. 2. c. 2. n. 140.* quia Tridentinum *sess. 14. cap. 7. Titulus dicit, persuasum semper in Ecclesia Dei fuisse nullius momenti eam absolutionem esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem.* Si ergo absolutio sine jurisdictione ex perpetuo Ecclesie consensu est nulla, signum est jurisdictionem esse de jure Divino necessariam ad valorem absolutionis: neque enim Ecclesia circa ea quæ sunt de essentia Sacramenti aliquid directè potest, ut docetur in materiâ Sacramentorum, etsi possit indirectè, ut clarè constat in Matrimonio, annal.

annullando hunc aut illum contractum, quo annullato, non adest contractus naturalis ad Matrimonij Sacramentum requisitus; & e contra, quo validato, adest. Præterea vix negari potest jurisdictionem absolventi non esse de jure Divino, cum Tridentinum *sess. 23. de Ref. c. 15.* expressè dicat conferri vi Ordinis à Christo Domino. Vid. *disp. c. o. n. 227.* ubi dedi regulam discernendi essentialiam. Longè magis reprobata manet eorum responsio, qui difficultate pressi audent dicere jurisdictionem absolventi esse partem essentialiam, aut integram, non verò de essentiali Sacramenti. Illi enim ludunt verbis, dum concedunt esse partem essentialiam, negant verò esse de essentiali; quid enim est pars essentialis, quàm pars essentialiæ totius? Ergo si jurisdictione est pars essentialis Sacramenti Confessionis, est de essentiali illius. Isti verò aperte dicunt falsum, nam sine jurisdictione nulla est absolutio, ait Tridentinum *sess. 14. c. 7.* ergo nullum est Sacramentum. Accedit quòd Pontifices definites nullum esse Sacramentum ejus, qui à non approbato absolvitur, falsum dixissent; ergo supponunt necessariam ad Sacramenti valorem jurisdictionem, tum approbationem.

N. Dices: Videtur falsum quòd Ecclesia nil directè possit circa materiam, & formam Sacramentorum: cum ipsi Theologi hoc posse videantur; nam jacens moribundus, satis ut unum tantum mortale exprimat, si cætera nequit, sanus omnia exprimere tenetur: ergo juxta omnes T. T. alia est materia Sacramenti quando quis sanus est, alia quando quis moribundus est. At hæc levia sunt, nam eadem ubique materia, nempe omnia mortalia, quæ quis habet, in suâ conscientia sunt semper; si potest, confitenda, ut rectè P. Bardi. P. Bardi pag. 86. n. 39.

SECTION VII.

Alia objectio ex generali activa, & passiva absolventi facultate.

§. I.

Argumentum.

SUMMARIUM.

An omnes Papa eadem gaudeant potestate, n. 156.
 Urbanus VIII. extendit Cruciatam ad quinquennium, ibid.
 An facultas data à Legato à latere intelligenda ad normam Tridentini, & Pontificum? n. 157. 158.

Objicies: vel futuri Pontifices eâ amplissima facultate gaudent quâ præteriti, vel non? Quòd gaudeant, videtur innegabile, nam ab eodem Christo D. eadem illimitatam omnes in ordine ad regendam Ecclesiam hauriunt facultatem. Quòd non gaudeant eadem illimitatâ facultate, indicare videntur Bullæ præteritorum Pontificum *perpetuo*, dicit Clem. X. inter cæteros, *valens*, quibus decernitur, & declaratur, quòd non approbatus non possit absolvere; quòd approbatus uno in loco, non possit vel vi privilegiorum, vel vi Cruciatæ absolvere, & absolvi: ergo Pontifices futuri nequirent alicui dare privilegium, ut à quolibet, sive approbato, sive non approbato, absolvi possit. Rursus non poterunt Cruciatam extendere ad quinquennium, ut præstitit Urbanus VIII. na ut Regulares absolvi, & absolvere quemlibet possint. Nam ex definitione ejusdem Urban. VIII. Cruciatæ nil potest Regularibus suffragari: & ex definitione Clementis X. confessiones factæ cum Sacerdote non approbato, aut alibi approbato, etiam sub cujunque privilegij prætextu sunt nullæ: & ex definitione Innoc. XII. similes confessiones factæ vi Cruciatæ sunt irritæ: ergo sequentes Pontifices eâ amplissima facultate non gaudent, quâ antecedentes. Hoc autem durissimum est.

Quòd si dicatur, ut dici debet, quòd omnes eâ amplissima gaudeant facultate, sequitur. quòd si Papa futurus concederet alicui privilegium ut à quolibet absolvi posset, tales absolutiones essent validæ: si autem forent valide, eo ipso Clem. X. Urban. VIII. Innoc. XII. & quotquot Papæ absolutiones datas à non approbato, vel ab alibi approbato, vel Regulari sine Superioris consensu, definiere esse nullas, invalidas, & irritas, non esse definitiones infallibiles, quin esse fallibiles.

Confirmari potest: Demus Legatum à latere dare alicui Sacerdoti facultatem activam ut possit quemlibet absolvere, & passivam ut à quolibet absolvi possit. Ecce, vel ea facultas intelligenda est ad normam Tridentini, & Pontificum, ita ut Sacerdos ille, sive secularis, sive Regularis, nullum facultarem absolvere possit, nisi sit approbatus ab Ordinario loci, in quo absolvit; & ita ut Sacerdos ille nullum Regularem absolvere possit, nisi habitâ à Prælo Regulari, cui Religiosus ille subicitur, licentiâ: (idem servatâ proportionem dico de facultate passivâ, ut Sacerdos ille, quicumque sit, à quolibet absolvi possit.) Vel, inquam, ea collata à Legato facultas activa, & passiva intelligenda

genda est ad normam Tridentini, & Decretorum de hac re à Pontificibus emanatorum, attentis eorum limitationibus; vel eadem activa, & passiva facultas absque tali limitatione intelligenda? Si cum limitatione intelligenda; ergo Pontifex non potuit tam amplam dare Legato facultatem, quam antiqui Pontifices dedere. Si sine limitatione intelligenda; ergo quis validè absolvi potest à non approbato; & potest omnem, absque eo quod sit approbatus, validè absolvere: ergo est falsum, eas definitiones esse Pontificias; & confessiones factas cum non approbato esse nullas.

§. II.

Mea Responsio.

SUMMARIUM.

Legatus quid? n. 159.

Representat juris fictione suum Principem delegantem, ibid.

Pro maiestate Principis sui habet locum inter Legatos, nisi aliter statuatur, ibid.

Legati Pontificij dicuntur Nuntij, n. 160.

A solo Papa eliguntur, ibid.

Inter eos alij sunt Nati, alij à latere, alij de latere. Quid, & qui? Ibid.

Alij DD. aliter dividunt, n. 161.

Etsi Legatorum Pontificiorum jurisdictio non sit in omnibus equalis; attamen omnes sunt in hoc aequales, quod Papa nulli prorsus eorum conferre possit suam infallibilitatem, n. 162.

Aliqui Legati in fide pravaricati, ibid.

Damnata ab Innoc. XI. Fides stat cum notitia probabili, n. 163.

Res dicta, ut à Deo, ab homine fide dignissimo, credenda fide Divina, ibid.

Decreta Pontificum non confundenda, ibid.

Papa quomodo iudicetur à suo Confessore, num. 164.

Nuntius in sua Legatia potest ab omni, & omnes absolvere, n. 165.

Potest utramque facultatem activam, & passivam dare cuilibet, ibid.

Archiepiscopus potest per se, & per alios absolvere, dum visitat, subditos suffraganeorum, n. 166.

Pape aequales in omni re, n. 167.

Nuntius dans facultatem Sacerdoti etiam Regulari, ut absolvat, & absolvat omnes in sua Legatia, approbat tacite, ibid.

Semper verificatur, quod non nisi approbatus absolvat, & ab approbato absolvat, n. 167. 168.

Alia responsio, n. 169.

Facultas Nuntij est ad normam Tridentini, n. 170.

Confessores Regum, Principum &c. absolvent ubique, etsi non approbati ubique, ex consuetudine, n. 171.

An Episcopi pro libito possint ubique eligere Confessorem? n. 172.

Doctores negant communiter: non ego, ibid.

Ex his nil inde contra finem Tridentini, n. 173.

An facultas data à Legato, ut quis à quolibet absolvi possit, sit personalis, & extendatur extra Legatiam, n. 174.

Legati nomen, si nominis etymologia spectetur, ait Neufst. *disp.* 214. ex Hermes in Fasciculo Juris publici *cap.* 29. non derivatur à legendo, sed à legando; nec, proprie loquendo, convenit, nisi qui à statu publico independente, ad alium publicum independentem mittitur ob publica negotia, ut docent communiter cum Grotio *lib. 2. cap.* 18. omnes Doctores: atque adeo qui ab inferiori dependenti ad Superiorem mittuntur, improprie dicuntur Legati, ut constat ex *Lege finali ff. de Legationibus*. Cum ergo Legati fictione juris representent personam delegantem, consequenter Legato ea iedes, & locus inter alios Legatos, & Principes debetur, quæ deberetur Deleganti, si alij Delegates adestent; nisi aliter conventum foret. Ita in Imperatoris electione, ait Neufst. *l. c.* cum Grotio *l. c.* §. 4. & Hermes *l. c.* *cap.* 27. n. 18. Legatus hujus aut illius Electoris præcedit quidem alios Legatos, & Principes, non tamen Electores. Hac de Legatis in genere.

Mihi totus sermo est de solis Legatis Pontificijs, qui latinâ voce Nuntij, græcâ *Apocrisarij*, ait Neufst. *disp.* 138. n. 12. vocantur, & à solo Summo Pontifice instituuntur & mittuntur, ut vices Pape gerant in eo Regno, & re, ad quod, & pro quâ mittuntur. Sunt autem in triplici differentia, ex eodem Neufst. *d.* 214. n. 3. nempe, Legati Nati, Legati à latere, Legati de latere. Nati, sunt qui ratione Ecclesiæ, cujus sunt Episcopi, ipso jure Legati prærogativa funguntur; talis est Elector Colonienfis, Archiepiscopus Pragenfis, & Salisburgensis in Germaniâ, Cantuariensis in Angliâ, Rhemenfis in Galliâ &c. Legati à latere, hodie non sunt nisi Cardinales, qui quia propinquiores sunt Pontifici lateri, & mittuntur, ideo dicuntur Legati à latere. Legati de latere sunt, qui ea, quæ Legati à latere, funguntur potestate, attamen Cardinales non sunt. Hac Neufst. Aliiter aliquo modo procedit alter modestus, selectæ, & omnigenæ sacre eruditione Jo. Scotista Joan. Antonius de Panormio in *notis* *Sera-*

Scrutinio Doctrinarum, quia *cap. 3. art. 15.* dividit Apostolicæ Sedis Legatos in *Nuncios*, qui ratione dignitatis ipso jure sunt Legati, ut recensiti Archiepiscopi; in *Missos*, qui à Papâ in aliquam Provinciam, aut Regnum mittuntur; in *Legatos à latere*, quos alij vocant *Legatos à facie*; nempe qui, (servato Leonis Papæ loquendi modo *Epist. 14. ad Faustum*, quod de *Latere* suo miserit qui defensionem veritatis assisteret) nempe qui de Papæ latere mittuntur, hodieque invaluit usus ut sint Cardinales, quia hi præ cæteris Pontificis lateri assunt. Porro Legatorum non est una eademque jurisdictio, ut bene Emmanuel Gonzales in *lib. 1. Decret. cap.*

N. 162. Cum non ignoretis de *Officio Legati n. 6.* est tamen una eademque omnium fors, in hoc, quod Papa nemini omnino, quamcumque ei amplissimam conferat auctoritatem, nunquam tamen ulli eorum suam conferre potest infallibilitatem, ut scitè Card. Turreci. in *Summâ de Ecclesiâ lib. 2. cap. 104. 105.* Infallibilitas enim est soli Papæ à Christo D. concessa; & est incommunicabilis, ut rectè

P. Suar. *lib. 4. de Legib. cap. 6. n. 22.* Mi. Canus *lib. 5. de Locis Theol. cap. 5. P. Valent. disp. 1. qu. 1. pu. 7. §. 45.* Delbene de *Locis Theol. dubitat. 258. n. 4.* & alij citati à Joan. Anton. de Panormo *l. c. art. 15. per totum.* Experientia quoque docet, ait ex Delbene de *Offic. S. Inquil. part. 2. dubit. 195. sect. 18. n. 2.* & Antonius Panormo *n. 4.* quod hæc *Infallibilitatis* prærogativa à nullo Papâ sit alicui Legato à latere, etsi nomine suo assisteret tamquam Consilij Præses, concessa; etsi enim præviè instructi fuerint de Apostolicæ Sedis sententiâ, se habent tunc Legati illi ut Præcones mentis Pontificiæ, cui soli convenit infallibilitas, ipsdemque Legatis ut Præconibus standum, dummodo ab acceptâ à Papâ instructione non aberrerint. Accedit, plura adduci posse exempla Legatorum Apostolicæ Sedis, ait Panormo *n. 4.* quos tam in Concilijs, quam extra illa prævaricatos novimus in Fidei materiâ; ergo nulli umquam Legato, etsi Apostolicæ mentis sciscio, & quacumque maximâ auctoritate donato, convenit infallibilitas; nec ullus, excepto Papâ, eam sibi appropriare potest.

N. 163. Verum quidem est, ut omnes, & nos cum illis in *tract. de Fide* docuimus, quod aliud est mysterium quod proponitur; aliud proponens illud; aliud fides rei dictæ, aut ejus evidentia; aliud fides, aut evidentia dicentis, quæ toto cælo inter se distant. Nam Fide Divinâ tenemur credere mysteria, quoties moraliter certum est proponi ut à Deo

dicta: at ipsi proponenti neutiquam Fide Divinâ credere debemus, sed unicè humano prudenti judicio; ita ut si proponentis auctoritas videatur certa moraliter, ei standum sit; eaque suppositâ, tenemur Fide Divinâ credere rem propositam ut à Papâ definitam; quod si de proponentis auctoritate non adit certitudo moralis, sed pura probabilitas, aut probabilitas, tunc tali auctoritati stare non tenemur, tantò magis post damnatam ab Innoc. XI. quod *Fides stat cum notitia probabiliter revelantis*; non ergo stat cum notitia tantum probabiliter proponentis. Hæc advertere duxi, tum ut firmissima sit semper Papæ infallibilitas, & quidem solius Papæ; tum ut ipsa Decreta Pontificia non legantur perfunctoriè, ut læpissimè accidit: nec quæ definita non sunt, habeantur pro definitis; & e contra definita pro non definitis: nec quæ solius Papæ sunt, alteri communicentur; aut e contra: nec quod ab altero deciditur, habeatur tamquam à Papâ decusum. In his enim omnibus Papæ infallibilitas, pro qua velut pro aris & focis ab omni Catholico pugnandum, periclitatur. Demum, cum de potestate à Papâ Legato à latere, aut de latere communicatâ, in ordine ad abolendum loquendum sit, ne quis in hoc erret, putans Papam hanc neutiquam communicare posse, eo modo quo nequit definitivam infallibilitatem, hæc à me præmittenda duxi. Ipse enim Papa dum confitetur, subdit se Confessori, cui contulit jurisdictionem absolvendi: ergo jurisdictionem absolvendi est communicabilis à Papa, non ita jurisdictionem definiendi. Qualiter autem Papa, qui est supremus in terris Judex à nemine judicandus, non operetur contra hoc privilegium, dum subdit se Confessori, & Confessoris iudicio, acutè hoc à Divo Thom. & D. Bonav. quos sequitur Card. Turreci. in *Summâ de Ecclesiâ lib. 2. cap. 104. & 105.* & Joan. Anton. de Panormo *n. 5.* solvitur; quatenus Papa se habet ut pœnitens, & Confessor se habet tamquam Christus D. cui subdi, non est Papani esse minorem alio homine.

Porro suppono tamquam certum, quod Nuntius, sive sit, sive non sit Legatus, habeat utramque facultatem, tam activam, quam passivam, nempe ut quemlibet in suâ Nuntiaturâ aut Legatiâ absolvere possit; & ut à quolibet absolvi possit, etsi Regularis sit. Hoc verò non tantum experientia plurimorum Nuntiorum didici, quos intime tractavi, & quorum plerique eque ornarunt Purpuram, ac à Purpurâ ornati fuere, & in omni litteraturâ genere præstantissimi eque ac prudentissimi, à quibus talis facultas Regulari

Inn. XI.

N. 164.

S. Tho. S. Bonav. C. Tur. Joan. Anton. de Panormo.

N. 165.

gulari alicui pro interiori foro concessa, ne Episcoporum, & Prælatorum Regularium querelis causa daretur; sed etiam ratio ipsa hoc demonstrat. Si enim Episcopus, & Prælati Regularis respectivè ad sibi subditos possunt vi officij sui; ille dare alicui Sacerdoti seculari facultatem activam, & passivam ut quemlibet in sua Diocesi absolvat, & absolvatur a quolibet; hic dare Sacerdoti Regulari sibi subdito eam facultatem ut a quolibet etiam Sacerdote seculari approbato absolvi possit, & quemlibet ejusdem sui instituti absolvi possit; quanto magis Nuntius, qui omnibus etiam Archiepiscopis, & omnibus Prælati, sive secularibus, sive Religiosis, præest, & cuius Regni Dioceses, in quo est Nuntius, sunt quasi una Nuntij Diocesis, poterit vi officij sui, & potestatis suæ alicui Sacerdoti, quem coram Deo probum & timoratæ æquæ ac litteratæ conscientiæ, & scientiæ virum judicat, pro totâ suâ Legatiâ concedere facultatem activam, ut pro foro interno, ne rumores excitentur, omnes omnino absolvi possit; & passivam, ut ab omni Sacerdote absolvi possit?

N. Confirmo: quia communis sententia est, cui subscribunt P. Suar. *tom. 4. in 3. p. d. 25. 166.* P. Reg. *sect. 1. n. 14.* P. Reginaldus *lib. 1. n. 34.* P. Gasp. Hurt. *d. 10. de Pœnit. & alij*, quibus adheret Barboza in collectaneis ad Tridentinum *sess. 23. de Reform. cap. 15. num. 26.* quod Archiepiscopus Metropolitanus, dum actu visitat, absolvi possit subditos Episcoporum suffraganeorum, tam per se, quam per alios: ergo multo magis Nuntius per quemlibet Sacerdotem sibi in Legatiâ subiectum potest alios eadem in Legatiâ commorantes absolvi; & cuilibet alij dare facultatem ut eam in Legatiâ a quolibet absolvi possit. Accedit quod Legatus sit Ordinarius in suâ Legatiâ, ut habetur *cap. 2. de officio Legati lib. 6.* & ideo plerique cum P. Sanch. *lib. 3. de Matr. d. 28.* P. Gasp. Hurt. *difficul. 9. de Matr. n. 30.* potest in suâ legationis provincia interesse Matrimonio, & eam facultatem alteri concedere, ait Barboza in *Trid. sess. 24. de Ref. c. 1. n. 101.*

N. Ad objectionem dico omnes Pontifices eadem prorsus infallibilitate, & potestate gaudere, quâ omnes præteriti: nam eandem illimitatam potestatem, & infallibilitatem vi Pontificiæ dignitatis à Christo D. recipiunt. Ad instantiam ex Clem. X. Urban. VIII. Innoc. XII. definitibus factas cum non approbato, aut alibi approbato, eas confessiones esse invalidas; atque adeo futuram quoque invalidam confessionem factam ex

vi facultatis activæ, & passivæ concessam à Nuntio vel Papâ, dico, nunquam sequi, quod confessio fiat cum non approbato à Diocesano: etenim Nuntius dando tali Sacerdoti facultatem ut omnem in suâ Legatiâ absolvi possit, eo ipso eum approbat pro totâ suâ Diocesi. Similiter nunquam sequitur, quod Confessor ille absolvatur à non approbato à Diocesano, aut à non habente à Prælato Regulari licentiam, si Confessor ille sit Regularis: etenim Nuntius ille dando illi Sacerdoti, selectè ut dico virtutis, licentiam ut à quolibet absolvi possit, eo ipso tacitè approbat pro tali Sacerdote omnem Sacerdotem; & tollit pro eo casu omne Religionis obstaculum, cum super omnes Prælatos tam purè Ecclesiasticos quam Regulares sit.

Hoc ipsum multo magis dicendum de N. Papâ, qui omnem omnino facultatem habet, quàm præteriti, & potest, quin præjudicet Pontificum priorum definitionibus, vel eadem quæ Antiquiores privilegia restituere, aut ampliare; vel alicui concedere specialem facultatem activam, & passivam quoad omnia peccata, & censuras. Nec unquam verificabitur, quod non approbatus poterit absolvi, & absolvi à non approbato; nam per ipsam quam dat tali personæ facultatem passivam, approbat omnes, quos illa persona eligit Sacerdotes ut eum absolvant: & per facultatem activam approbat ubique eam personam pro omnibus, quos absoluturus est.

Scio aliter occurrî posse huic argumento, N. quod vel Pontifices præteriti, & futuri non gaudeant eâ potestate, quâ antecedentes; vel si gaudent, Decreta Urbani VIII. Clem. X. Innoc. XII. non erunt definitiva, nec infallibilia: dici enim potest definiti invalidas esse in confessionibus cum non approbato, nempe nisi Papa det facultatem pro opposito, ex indulto particulari. At quis non videt integram difficultatem manere, quod ea Decreta non erunt infallibilia? Ergo mea responsio tenenda, quæ simul tuetur tum infallibilitatem Decretorum, tum æqualem in omni Papâ potestatem.

Ad confirmationem dico facultatem activam, & passivam, quam Papa ex singulari indulto, aut implet pro suâ Legatiâ Nuntius daret, intelligendam ad normam Tridentini, & Decretorum Urbani VIII. Clementis X. & Innocentij XII. Quod si subjungas: Sed hæc Decreta definiunt nullam esse à non approbato abolutionem: ergo nulla erit abolutio data à Sacerdote, cui Papa, aut Nuntius dictam activam, & passivam

viam facultatem concessit. Concedo minorem, & nego consequentiam, quin ejus suppositum: supponit enim hunc Sacerdotem non esse à Papà aut Nuntio approbatum, eum sit saltem tacite per ipsam facultatem sibi concessam, ut possit absolvi, & absolvi.

N. 171. Ex hac ipsa doctrinà benè perceptà solvitur contra dicta Decreta in damnatarum favorem, aliud argumentum, sumptum ex Archiepiscopis, Cardinalibus, Episcopis, immò ex Regibus, Principibus, ceterisque Magnatibus. His enim liberum est eligere ex consuetudine, & Papæ exemptione pro libito Confessorem, ait Felix tom. 1. n. 3275.

Felix. & quidem ut plurimum eligunt non approbatum saltem in omni Diocesi per quam transeunt, retento eo, quem pro itinere ducunt: ergo Urban. VIII. & Clem. X. Decreta non sunt infallibilia, nam hi absolventur validè à non approbato ab Ordinario loci per quem trahunt, aut in quo se detinent. At dico validè absolvi, quin infallibilitas ledatur. Hi enim omnes vel à jure, vel à legitimà consuetudine exempti sunt ab Episcoporum quoad hoc jurisdictione ob privilegium, ut ubique absolvantur: cum ergo Ecclesia certam det absolvendi facultatem ex certà consuetudine, dat quoque approbationem: ergo semper qui absolvit, absolvit approbatus à Diocesano loci, nempe à Papà, qui totius Ecclesiæ Catholicæ Episcopus est: etsi enim per Diocesanum veniat loci Episcopus, attamen loquendo de personis exemptis, dici potest quòd veniat Papa, omnium Diocesanorum supremum Caput, & omnium Diocesum supremus Diocesanus. Totus enim Fidelium omnium, & quorumcumque grex est una Papæ Diocesis.

N. 172. Dixi Episcopum posse pro suo libito eligere Confessorem quemcumque, à quo absolvi possit: etsi enim sciam quòd P. Bardi pag. 233. n. 15. P. Mendo sect. 22. n. 16. P. Nogueira pag. 161. n. 21. qui citat P. Arriagam d. 42. de Pœnit. sect. 3. n. 17. referant responsum unius Cœgregationis, in qua Papa declaravit, quòd Episcopus ratione privilegij, de quo agitur in cap. finali de Pœnit. & remiss. non possit eligere in Confessorem, Sacerdotem sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit approbatus; sermo est de Episcopo extra suam Diocesim existente; & negatur quòd absolvi in eà possit, nisi ab approbato ab Episcopo loci, in quo ille Episcopus constituitur: etsi, inquam, hæc sciam; attamen hæc duriuscula mihi videntur, & contra Episcopi decorem: etenim si Bulla Clem. X. negans universaliter, quòd

quis absolvi possit nisi à Sacerdote approbato à Diocesano, non tollit juxta omnes T. T., quòd Episcopus A transiens per Diocesim B, absolvi possit à Confessore sibi subdito approbato ab Episcopo A in suà Diocesi; etsi non ab Episcopo B; cur tollet quòd Episcopus absolvi possit in Diocesi B, à non approbato ab Episcopo Diocesis B, sed quasi à se, dum eligit, eum privilegium Episcopi sit personale? Si ergo in favorem Episcopi poenitentis Bulla Clementis stat in primo casu, & in alio.

Addo nec Tridentinum, nec Pontifices illud exponentes vetare, ne quis ex certà consuetudine aut certo privilegio nullatenus derogatis per quæ eximitur ab alijs, absolvatur à non approbato à Diocesano: nec desinit omnes confessiones cum non approbato à Diocesano factas, esse nullas, etsi quis certissimo in oppositum privilegio non derogato gauderet. Hoc enim nec Tridentinum vetat, nec Papæ definiunt. Quare teneatur finis à Tridentino preteritus, & à Pontificibus tanto vigore promotus; quo cognato, omnia objecta, & objicienda evanescent. Finis est Episcoporum in suos Confessores jurisdictionem intactam servare, (idem dic de Prelatis Regularibus quoad suos) quâ servatà, Episcopi suum gregem reformare possunt, quâ non servatà, perit omnis Episcoporum sollicitudo. Hoc motivo ductum est Tridentinum, & deinde Pontifices concessa alijs Regularibus privilegia, & consuetudines universales, quatenus eidem fini oppositas derogare; nec non eam arbitriam Cruciatæ interpretationem ei fini oppositam. Quin Pontifices processere ad plurimas opiniones damnandas, & ad definiendum, confessiones illas vi Cruciatæ, aut privilegiorum, aut vetustæ consuetudinis deinceps faciendas, esse & fore invalidas. Cum ergo nec Tridentinum, nec Pontifices derogarint dicto Archiepiscoporum, Regum, &c. quos exemptos voluerunt, privilegio aut consuetudini; præcipuè cum tale privilegium sit singulare, & non nisi paucissimorum, atque adeo non oppositum scopo Tridentini; & non nisi aliquem Episcopum, & quidem rarissime respiciat; rursus cum tale privilegium aut consuetudo rati habeatur ab Ecclesia, quæ certam tunc dat illis Confessarijs Regum &c. jurisdictionem, atque adeo eos Confessores per ipsam certam, quam illis dat, jurisdictionem, quodammodo tacite approbet, & rati habeat eorum absolutionem, consequenter nil adest contra Tridentinum, nil contra Pontificias definitiones, quòd nullæ sint confessiones à non approbato à

Diocesi-

Dioecetano, nam illæ confessiones Regum &c. sunt cum approbato à supremo Ecclesiæ Dioecetano, etsi non cum approbato ab hoc aut illo Dioecetano: quorum approbatio, nisi accedat speciale Papæ privilegium, & ab eo non revocetur, alias ad absolutionis valorem est necessaria. Quomodo nil contra Trident. & Pontifices, quod Regulares, quia exempti, absolvant suos, & absolvantur sine licentiâ Episcopi, ut etiam faciunt curati.

N. 174. Dubitari hic posset, an privilegium à Legato concessum alicui ut à quolibet absolvi possit, locum habeat etiam extra Legatiam, nam videtur privilegium personale alligatum soli personæ, non loco? Novi virum Hispani typis celebrem, qui hoc mordicus defendebat: at quia dictus Author apud me satis laxus videtur, nullatenus approbo. Patet hoc tum ex ipsorum intentione Legatorum, qui suis facultatibus uti nolunt, ubi Superiores non sunt, ne alijs Episcopis, aut Prelatis Regularibus extra suam Legatiam suis, minimam conquerendi occasionem offerant. Tum quia ille eâ facultate gaudens absolveretur à non approbato; nec à Legato, quia absolvens est extra Legatiam; ergo à Legato non censetur approbatus: nec à Dioecetano ut supponitur; ergo ille absolveretur à non approbato. Quare dictum privilegiū est personale, limitatum tamen ad Legatiam, ob rationem, & inconvenientiam adductas; quæ dictus Author non ponderavit.

§. III.

Ex Jubileo universali.

SUMMARIUM.

An Regulares vi Jubilei universalis à reservatis absolvi possint à quolibet, etsi non approbato à suo Prelato, approbato tamen? n. 175.

Maximum Cruciatam inter, & tale Jubileum discrimen, n. 176.

Papa loquuntur aliter de Monialibus, aliter de Regularibus in Jubilei Bullâ, n. 177.

Excipiendum, nisi Religio aliter disponat, ibid.

Maior inter Religiosos est consistendi difficultas, eo quia absolvens sæpe in Superiorem eligitur, n. 178.

Superioribus valde cavendum, ne Religiosorum confessiones fiant illis intolerabiles, ibid.

Quam arduum Religiosis consistendi præceptum, ibid.

N. 175. Ita arguitur: Si Regulares nequeunt vi Cruciatæ absolvi à quolibet etsi seculari, in eo loco quo Regularis sua peccata depo-

nit; approbato; neque poterunt à reservatis absolvi vi Jubilei universalis à quolibet etiam in Dioecesi, ubi sua peccata deponit, approbato: eadem enim utroque in casu abundant; quod eluditur Prælatorum Regularium regimen; quod aditus pateat, spe Jubilei, inobservantijs religiosi. Idem, proportione servatâ, dici potest de Sacerdote absolvente, & absoluto vi Jubilei universalis. Si ergo licet Regularibus vi Jubilei universalis sine Superiorum consensu eligere approbatum à Dioecetano Episcopo, à quo absolvat à centuris, & calibus reservatis, licet quoque vi Cruciatæ; vel si hoc non licet, nec illud.

Pro responsione sciendum, maximum inter Cruciatæ, & Jubilei universalis Bullam 176. intercedere discrimen; & omnia duobus C. de primis, quæ ex Card. de Lugo d. 20. de Pœnit. a. n. 186. trahit P. Bardi pag. 63. contentus sum tertio discrimine delumpto à P. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 4. cap. 16. num. 7. nempe, quod Jubileum semel tantum, & quidem pro paucissimis diebus, eam facultatem consistendi cum quolibet approbato à Dioecetano loci, concedit, quibus diebus elapsis, expirat. At Cruciatæ si concedit, concedit pro semper; atque adeo tollit pro semper jurisdictionem Prælatorum Regularium in sibi subditos Religiosos, quoad consularij designationem, & approbationem. Cum ergo hoc inconveniens non interveniat in Bullâ Jubilei, nil mirum, quod hoc concedatur vi Jubilei, (loquor de universalis) & negetur vi Cruciatæ fieri posse. Confirmo quia Jubileum universale gravissimis de causis totius Ecclesiæ dirisissimis agitate processit, & quidem injunctis præcipuis Religionis Catholice virtutibus, pietatis in Deum, charitatis in pauperes, & mortificationis sensibilibus, proponi semper solet. Quid ergo mirum, si Ecclesiâ Fidelium mater, ut oves maxime aberrantes Deo reconciliet, expandat prodigas clementiæ manus, & misericordiae ubera, concedendo à ferè omnibus, quantumcumque enormibus culpis pinnam, & ad manum in quocumque approbato ab Episcopo absolutionem? Si ergo Jubileum universale ex natura suâ tam amplum est, cur in Regularibus, quibus illud quoque proponitur, limitandum, cum Regulares sint nobilissima Ecclesiæ portio?

Accedit quoque, quod inductione contenta, N. 177. stet, à Jubileo limitari expresse, quod limitandum vult. Legatur Jubileum Anni Sancti sub Innocentio XII. editum die 19. In. III. Januarij anno 1700. quod incipit, *Pastoralis sollicitudo*; ecce loquendo de Monialibus, & sub-

Jubileo illis concessio, sermone faciens de earum Confessarijs, dicit, quod debeant à locorum Ordinarijs ad id deputari; non ergo in carum libertate est illos eligere: nil autem simile Jubileum dicit de Regularibus, sed unice dicitur quod possint sua peccata confiteri approbato ab Ordinario: ergo cum Bulla Jubilei non limitet Regularem ut confiteatur peccata sua alteri Regulari, aut sine sui Prælati Regularis licentia, non est cur nos limitemus. Quin si Cruciatæ & Jubileum conferantur, apparebit ex utraque, quod Regularis non possit vi Cruciatæ absolvi à quolibet approbato loci in quo absolvitur; nam Cruciatæ expressè ait Regulares quoad absolutionem subijci Prælati Regularibus: nil autem tale dicit Jubilei universalis Bulla. Hanc sententiam sustinent citati, quibus addo P. Tamburin. tom. 2. pag. 37. Felicem tom. 1. n. 1443. & alios. Hæc doctrina tenet, nisi certa sit Superiorum voluntas pro hæc aut illa Religione in oppositum, quatenus huic privilegio olim renuntiavit, nec tacite consentit.

N. Demum accedit, quod cum nullum inter ardua Regularis disciplinæ præcepta sit adeo contra hominis inclinationem ac confessio; & quidem cum hoc aut illo determinato homine, cui sæpe vel antipathia naturalis, vel concepta ex motivo aliquo aversio resistit. & cum in aliquibus Religionibus, ne quidem pro reservatis absolvendis Confessor aliquis designetur; vel si designatus est, sepe ignoratur, sed toties quoties Superior vel per se, vel per alium conveniendus: & cum inter ipsos Regulares frequentissimum sit, ut qui modò est Confessarius, sit deinde Superior, atque adeo à timido & verecundo poenitente, instante Dæmonum suggestionem, & proprie bonæ æstimationis jacturâ, putetur in Superiorem eligendus: & cum hoc distet inter sæculares, & Religiosos, ut ait S. Bernardus, quod Religiosi tardius cadunt, & citius surgunt, atque adeo suis passionibus, & tentationibus obnoxij quoque sint ac sæculares; ob hæc, & alia gravissima motiva à paucis licita, à paucioribus ponderata, convenientissimum fuit, ut Jubileum non excluderet Regulares, sed absolvi à reservatis possent à quolibet eâ in Diocesi, ubi vivit, approbato, ut tandem miscellus ille Religiosus, verecundiâ culpabili ductus virus suum deponere posset, absque eo timore, quem diffidentia auget; ideo P. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 29. sect. 1. ponderat, quod quamvis Prælati possint alios casus reservare præter undecim, qui pro more reservantur; habent enim jurisdictionem ordinariam in suos sub-

Tom. III.

ditos, non tamen possunt pro libito, quos voluerint, reservare: & P. Moya tom. 1. in 3. d. 8. qu. 11. n. 17. 18. 19. scitè monet, quod Superiores faciles sint in concedendâ facultate pro reservatis. De reliquo (addo ego) periculum erit, ne novas laxas interpretationes introducant, ut accidit in Cruciatæ interpretatione. Vid. P. Mendo, P. Nogueira d. 20. P. Palao, & alios passim.

S E C T I O VIII.

Regula, & Illationes.

§. I.

Quærele Lectoris. Responsio Authoris.

S U M M A R I U M.

Cur tam dilatam materiam limitarim? n. 180.
 Minus scitur, si principia ignorantur, ibid.
 Quid prescriberim? n. 181.

Abs dubio, mi Benevole Lector, si ex numero eorum es, quorum brevis summa totus Theologicæ sapientiæ thesaurus, indignaberis, quod cum in more positum sit in tam dilatata, & spinosa Confessionis materia, dissectas in dubia, & responsiones proponere quæstiones; nunc agendo de Confessarijs, eorumque approbatione, nunc de Regularibus, eorumque privilegijs; modò de Cruciatâ, modò de reservatis, catque in alias, & alias subdividere: ego neglectis hic divisionibus, & subdivisionibus, ad hoc unum me limitarim, nempe quæ approbatio sit necessaria in absolvente sæculares, quæ in absolvente Regulares. Fateor ita esse, me rem paucis conclusisse: & quod summè mihi arduum fuit, materiam adeo dilatam ad sua principia scholastico more reduxisse: quibus cognitâ, facillimæ sunt illationes, & pauca dubia trita Parcemia est, si charta cadit, tota scientia vadit. Quid prodest mentem dubioli, & responsionculis torquere? Quid de papyro in chartam, & de chartâ in papyrum, ait aliud adagium, ut familiare est vulgari idiomate Summulis, Typographos fatigare, nisi hæc ad sua principia, unde emanant, reducantur? Scietur hoc aut illud, at non scietur alia; immò nec scietur hoc vel illud, si ejus principium ignoretur. Qui ergo scire cupit, fontem petat, ubi aqua purior; non rivulos.

Ego post transcriptas Urbani VIII. Clem. N. X. Innocentij XII. Bullas, nec non Tridentini, & Cruciatæ rextum, solâ duplici conclusionem totam hanc de absolutionis activæ,

Tt & pas-

& passivæ valore materiam comprehendere volui: siquidem judico ad eas omnia reduci, cum ipsdem rationibus, quibus duplex nostra conclusio incedit, solvantur omnia, quæ ex laxis interpretationibus, ex privilegijs, ex Cruciatâ derivantur, ut fuscè ostendo. Præterea ne animo cadant, qui hæcenus invalidè absoluti sunt; & ne in peius ruant, qui laxioribus novis interpretationibus aditum parent; & ut Confessor sciat quæ ejus absolutio, quantum est ex parte sui, sit aut non sit valida, remedium dedi, quo præteritis confessionibus mederi possimus, & præservativum præscripti pro futuris, certa trahendo indicia, quod Ecclesiâ certam tali Sacerdoti conferet jurisdictionem. Inserui his plura alia curiosa, & necessaria circa Papæ definitiones & leges, circa Papæ infallibilitatem, nulli umquam etiam Legato à latere communicabilem, circa Legatorum, Episcoporum, & Prælatorum Regularium activam, & passivam absolvendi facultatem &c. Si hæc, mihi Lector, præstiti, plura scies pauca legendo; si non præstiti, dolebo.

§. II.

Illationes.

SUMMARIUM.

- Nostorum principiorum utilitas, n. 182.*
Omnis confessio facta cum non approbato à Diocesano loci, in quo quis absolvit, est nulla. Similiter si excedat, n. 183.
Omnis confessio eludens jurisdictionem Episcopi, aut sui Prælati est nulla, n. 184.
Regulares olim privilegijs magnis dotati, n. 185.
Plurima sustulit Tridentinum, ibid.
A Cruciatâ nullum jus inductum, n. 186.
Nil favet Regularibus quoad absolutionem, ibid.
Regulares peccant, si sine licentiâ sui Prælati absolvant seculares, n. 187.
Approbatio Episcopi necessaria ad validam, Prælati ad licitam secularium absolutionem, ibid.
Nulla absolutio sub opinione incerto probabilis est valida, n. 188.
Omnis sub errore communi, sub non derogatâ consuetudine, sub titulo colorato, sub opinione certo probabilis est valida, ibid.
Quomodo judicium reflexum de validâ absolutione sit certum, etsi directum sit de eâ tantum certo probabile? n. 189.
Nemo absolvere licite potest, nisi sit certus de suâ jurisdictione, n. 190.
Prima ab Innoc. XI. damnata de tutiori in Sacramentorum valore sequendâ, n. 191.
Dico, quod id tutior sit pro unice tutâ, n. 192.

Nemo ex certo tutis tenetur in Sacramentis ad tutiorem. Inductio, ibid.

Opinio negans fatendas circumstantias, non spectat ad valorem. Doctores, n. 193.

Cur peccata dubia sint de valore confessionis confitenda, non ita circumstantia pure aggravantes, ibid.

Atritio ex motivo amoris Dei, seu contritu perfecta, etsi spectet ad valorem, non est necessaria ad confessionem, sed satis atritio supernaturalis, n. 194.

Doctores, ibid.

Cur confessio sacrilega non sit Sacramentum, si communicatio sacrilega? n. 195.

S. Thom. ait, quod in foro confessionis creditur homini, & pro se, & contra se, ibid.

Nulla opinio obligans ad aliquid, quod ab alio præcepto vetatur, est tuta, n. 196.

Honorius III. vetuit, ne in Calice plus aquæ, quam vini misceretur pro consecratione, ibid.

UT oculis attrices principiorum utilitatem; & quod longè expeditius sit tractare principia, quam ad quaestiuiculas etiam per modum Dialogi divertere, eccetibi plures ex jactis principijs illationes, ut tuo Marte alias colligas.

Prima est: Mordicus tenendum, omnem confessionem, quæ fit cum Confessore non approbato à Diocesano loci in quo quis absolvit; vel si cum approbato à Diocesano, non tamen Confessor se continet intra approbationis limites, esse omnino nullam. Ex hoc principio Clemens X. descendit ad plures damnandas, ejus in Bullâ legendas.

Secunda est, omnem futuram opinionem, N. cujus interpretatio Tridentini finem, & Pontificum definitiones eludat, & proportionem servatâ Superiorum in Religiosis subjectionem exterminat, rejiciendam, & habendam ut damnabilem, & absolutiones sub dictis opinionibus futuras nullas.

Tertia est, quod licet olim Regularibus N. ex Bonif. VIII. in Extravag. Super cathedra. de sepultura, & à Clem. V. in Concl. Rom. VIII. in Concilio Viennensi in Clementinâ, Dudum de sepultura, concessum fuerit privilegium, ut Regulares, dummodo se præsentarent Episcopo, etsi nolenti dare licentiam, haberentur tamquam idonei, ut seculares audirent: immo Benedictus XI. hoc ita ampliaverat, ut ne quidem Regulares se præsentarent personæ Prælati, quomodocumque Episcopo significarent, se aliquos ex suis Religiosis delignasse pro audiendis secularium confessionibus: quod tamen Benedicti privilegium deinde à Clemente V. revocatum fuit, confutante

mante se unice privilegio à Bonifacio VIII. concessio.) Hodie tamen certissimum ex Tridentino, & Pontificijs definitionibus est, ea omnia privilegia revocata: & necessariam ad absolutionis valorem Diocesani loci, in quo quis absolvit, approbationem.

N.
186. Quarta est, Cruciatæ Bullam nullum novum jus, quoad sine approbatione Diocesani validam absolutionem, induxisse; sed in omnibus jus à Tridentino, & Pontificibus stabilitum, sanctè servandum. Similiter nullum vi Cruciatæ haberi quoad Regulares privilegium, ut sine Superiorum suorum licentiâ absolvi à quolibet possint à reservatis, & omnes confessiones ratione invalidæ absolutionis fore nullas, ut à Paul. V. Clem. VIII. Urban. VIII. & alijs definitum est, nec sãlvã Catholicã fide doceri potest oppositum.

N.
187. Quinta est, quod præter Episcopi approbationem necessaria in Regularibus sit quoad seculares audiendos Prælati licentiã; cum hoc tamen discrimine, quod approbatio Episcopi est necessaria ut absolutio data à Regulari sit valida, licentiã verò Prælati, ut ea absolutio sit licita; de quo legi potest P. Bardi *tract. 5. cap. 2. n. 46.* P. Mendo *d. 22. P. Neg. n. 107.* P. Nogueira *d. 14. num. 125.* Porro tam necessaria est Episcopi approbatio, ut si accideret, quod Episcopus approbaret non aptum, & reprobaret aptum aptus invalidè, non aptus validè absolveret;

N.
188. Sexta est, quod nulla absolutio data sub opinione dubiè, tenuiter, probabiliter, aut incertò probabili de jurisdictione est valida, aut licita. Quòd non sit valida, patet; quia valor illius est dubius, si autem ejus valor est dubius, eo ipso absolutio est illicita, eo quia sine necessitate exponit Sacramentum frustrationi: e contra omnis absolutio data sub opinione fundatã vel in errore communi, vel in titulo putativo, vel in consuetudine, & praxi Ecclesiæ, vel in opinione certò probabili de jurisdictione, est certò valida, & licita. Constat ex dictis, eò quia præsentè quocumque ex recensitis signis Ecclesiæ certam dat Sacerdoti absolventi jurisdictionem. Non me detinco in solvendo argumento satis obvio, quomodo jurisdictio Ecclesiæ sit certa, cum jurisdictio sit tantum certò probabilis; si autem est tantum certò probabilis, etiam non jurisdictio erit probabilis. Non, inquam, me detinco, quia similia argumenta sæpius à me soluta, & ab omnibus solvenda. Dixi enim, quòd ipsi iudicio speculativo, aut practico incerto, supervenire potest principium certum, quod licet me non certificet de honestate, licentiã, aut veritate materiali rei, attamen me certi-

Tom. III.

ficat de formali honestate, & licentiã rei. Ecce non sum certus de non obligatione recitandi pensum diurnum ob capitis dolorem: non sum certus quòd res præcepta à Superiore sit in se licita; attamen, accedente in utroque casu Superioris mandato, certus sum de licita non recitatione, & de honestate formali rei præceptæ. Non sum certus, stante errore communi, si ve non, si ve cum titulo colorato, quòd hic homo sit Parochus; quin oppositum est in re verum: quòd verò sit Sacerdos, est tantum ex suppositione erroris verum; & tamen sum certus quòd absolutio data ab eo Sacerdote sit valida. Idem accidit in casu nostro. Habens certam tantum probabilitatem jurisdictionis non est directè certus de jurisdictione; est tamen reflexè certus ex principio superveniente fundato in Ecclesiæ praxi, quòd Ecclesiæ certam tunc det jurisdictionem. *Legge d. 20. & d. 26. per totam.*

Sexta est, quòd ne quis prudenter exponat Sacramentum Poenitentia, nullitati, debet esse certus saltem reflexè de jurisdictione; sit autem ex Ecclesiæ praxi certus, quæ certam dat ex errore communi, aut titulo putativo, aut ex opinione certo probabili de jurisdictione, aut ex errore invincibili, jurisdictionem. Dixi prudenter, seu quantum est ex parte hominis, satis ut ponat materiam, & formam certò tutam seu validam, quam, si Ecclesiæ supplerè potest, tunc supplet, ut accidit in jurisdictione, cujus usus pendet ab Ecclesiã; non ita, si non potest; non enim facere potest, ut baptizatus sine aquã, aut intentione, sit baptizatus.

Dices: In materia Sacramentorum teneatur quis ad tutiorem de valore, ut decidit Innoc. XI. sed opinio obligans ad fatendas circumstantias; obligans ad contritionem perfectam in confessionis Sacramento; obligans ne quis absolvat quoties jurisdictio non est directè certa, est tutior suã oppositã negante: ergo.

Respondeo 1. me *tom. 2. d. 14. per extensionem* exposuisse primam ab Innocentio XI. damnatam. Dixi enim primò, quòd licet, formalissimè loquendo, liceat in Sacramentis qualibet certò probabilis practicè, attamen nulla, quæ Sacramentum exponit nullitati, est certò probabilis, ut rectè P. Card. *tertiã parte Crisis d. 56. cap. 17. à num. 418.* & in exposit. damnatarum *dis. 2. n. 10.* Secundo dixi, quòd Innoc. XI. vetet, licere sequi probabiliorè minus tutam; vult enim, ubi agitur de valore, sequendam tutiorem minus probabilem præ probabiliori minus tutã, ut scitè P. Card. *n. 13. qui advertit n. 41.*

Tr ij difficile

difficile esse discernere minùs tutas de valore, præsertim in Sacramento Poenitentiae, & Matrimonio: & n. 59. ait, quòd opinio, quæ negat valorem, sit tutior, quia non exponit Sacramentum frustrationi. Tertio dixi quòd in damnatâ *to tutius* stet adverbative, ita ut sequi non possimus quæ non est certo tuta; non verò comparative, ita ut ex certo tutis materijs, teneatur ad magis tutam. Vide P. Cardenas *l.c.* qui ad plures casus particulares descendit. Unice ergo Innocentius obligat, & jure meritò, ne quis inter tutam & non tutam eligat non tutam; sic enim exponitur Sacramentum nullitati absque ullâ necessitate, peccando contra virtutem Religionis, & proximi salutem: non verò ut inter duas certo tutas obligat, ut tutiorem eligamus: nemo enim inter duas certo aquas naturales, tenetur potiùs uti aquâ magis defæcatâ, quàm aliquàlter turbidâ; nemo ex duobus vinis certo utralibus tenetur ad vinum Cretense, aut Hispanicum, quàm ad minùs generosum; nemo inter duos Confessores certò approbatos, ad approbatum potiùs immediate à Papa, de cujus auctoritate nemo ambigere potest, quàm ab alio Episcopo: nemo ut quis mortale ritè confessum, in omni confessione repetat. Quin percurrantur latè tractantes de valore materiæ, & formæ cujuslibet Sacramenti, patebit illico, quòd inter certò tutas sequenda non sit tutior: ex. gr. tutior est opinio afferens calicem, & patenam intectis manibus tangendam, & tamen opinio hoc negans est longè probabilior, quin certa, nempe quòd ut quis validè sit ordinatus, opus non est ut patena, & calix, & reliqua instrumenta manibus intectis tangantur, ait Neuss. *d. 108. q.*

Neuss.
P. Card.

16. Dian. p. 12. tr. 1. res. 19. Tutior opinio afferens tangendum immediate caput, non solos capillos, per manuum impositionem: & tamen opinio negans est longè probabilior, & certa, ait Card. de Lugo in suis Responsis moralibus *dub. 1. resp. 9.* de cætero si tutior de valore semper sequenda, omnia Sacramenta ob valoris defectum, esto opinio foret certò tuta, forent reiteranda.

N.

Respondeo 2. cum P. D. Thyro in suis *193. selectis tom. 3. d. 49. sect. 3.* & P. Cardenas in 1. P. Thyro. damnatam ab Inoc. XI. *diss. 2. n. 107.* quòd opinio obligans aut deobligans à confitendis circumstantijs purè aggravantibus non spectet ad Sacramenti valorem; quòd enim ad Sacramenti valorem spectat, seu ad valorem confessionis vocalis, est ut quis confiteatur peccata, ad quæ certò obligatur: sed circumstantiæ purè aggravantes non sunt certò peccata; ergo ad eas non tenetur. Ne tamen in-

de inferatur, quòd neque faciet confessionem invalidam, qui non confitebitur peccata dubia: est enim magnum discrimen, nam, ut alias docui, ex antiquissima Ecclesie praxi, adeoque ex Traditione Apostolica habemus confitenda peccata negative dubia, seu ea de quibus nullam aut levem habeo tam pro peccato, quàm non peccato rationem. At ubinam hæc Ecclesie praxis de fitendis circumstantijs purè aggravantibus? Ergo ea de peccatis dubijs est, hæc de fitentibus circumstantijs non est circa valorem Sacramenti.

Quòd dicitur de contritione, fateor quòd N. venietur circa valorem tam opinio negans cum 194. ad confessionem necessariam, quàm affirmans. At re perpenâ, nisi hæc quæstio toto conatu ab aliquibus sanctitatis specie promotâ ludat in verbis; & ejus Authores moderni, inter quos M. Natalis in Epist. Moral. *pag. mihi 50.* confundant attritionem, quæ passim vocatur contritio imperfecta, cum perfecta innixâ Deo, ut in se bonus est, non ut nobis bonus est, nullum proflus ex quibuscumque coæcervatis textibus solidum habet fundamentum. Si enim perfecta contritio necessaria foret, ad quid absolutio, cum antequam proferatur, peccata vel formaliter, ut ego cum pluribus post P. Valq. docui in Tra. P. No. 1. de Peenitentia, vel dispositivè remissa sint per gratiam, quæ sequitur ad contritionem? Ad quid hoc Sacramentum confessionis institutum, & quidem tam arduum? Ad quid conciones tum Christi D. tum Joannis Baptistæ, tum omnium Sanctorum ad populum, & quidem terribioris, & minis urgentes? Ad quid infernus, & Cælum apertum? Sanè melioris conditionis fuissent Judæi, immò meliores forent omnes Gentiles, qui si perfectam contritionem eliciant, per eam salvari possunt; nos verò tenemur tum ad contritionem perfectam, tum ad confessionem vocalem, tum ad poenitentias à Confessore acceptandas, si salvari volumus. Quæ rectè P. Carden. *diss. 3. n. 64.* opinionem oppositam vocat improbabilem. Idem sentit Joan. Anton. de Panormo *cap. 7. art. 5. d. n. Panorm. 11. ad 39.* qui solvit quiddam Henricus à S. Ignatio pro oppositâ adducit: & concludit quòd continua Ecclesie praxis, & doctrina Cathecismis inserta, & Concionatores omnium sæculorum, & Theologorum sit, quòd ad confessionis valorem necessaria non sit attritio ex motivo amoris Dei, seu contritio perfecta. Omitto textus M. Natalis in *Paralipomenis Theol. Moralibus l. 6. facilis apparentie.*

Cur verò confessio sacrilega non sit S. N. sacramentum, sit communio sacrilega? Ratio 195. patet;

patet; quia si est sacrilega, non est nisi quia ex parte poenitentis deficit vel dolor, vel propositum, vel integritas: ergo cum talis confessio sit invalida, nil mirum si non est Sacramentum. Ut enim S. Thom. in supplement. qu. 8. art. 5. ad 2. ait, in foro confessionis creditur homini, & pro se, & contra se: si ergo homo ille accedat sine dolore, aut proposito, aut omisso mortali, et si ea se habere fateretur, Sacramentum non erit. At communio sacrilega est Sacramentum, quia quod male malus eam sumat, non tollit ab illa valorem, & est Sacramentum in re. Alter Joan. Anton. de Panorm. cap. 7. art. 10. n. 10.

N. Dices ineptam videri explicationem quod opinio tutior sit illa, quae obligat, quam quae deobligat; nam certum est miscendam pro Missae Sacrificio aquam; ergo qui plus aquae quam vini miscet, erit tutior de valore sacrificij; quam tamen opinionem Honorius III. cap. Perniciosus. de celebratione Missae, vocat perniciosam. At facilis solutio: nam opinio docens plus aquae miscendum quam vini, non est tutior, quin est certo falsa, quia est contra legem vetantem: sed opinio tutior illa sola est, quae asserit miscendam aquam contra negantem: haec est tutior, non illa.

S E C T I O IX.

Dubia.

§. I.

Aliqua.

S U M M A R I U M.

Parochus non est ratione sui officij ubique aptus absolvere, etiam extra suum Episcopatum, n. 197. 198.

Juxta me, nisi ex tacito Episcopi consensu, potest Parochus extra suam Parochiam absolvere, n. 199.

An idem sit mortis articulus, ac periculum probabile mortis? Doctores, n. 200.

Certum, quod quilibet simplex Sacerdos potest in mortis articulo ab omni peccato, & censurâ absolvere, ex Tridentino, n. 201. 202.

An licitè possit presente approbato? Ibid.

Valde variant Doctores, ibid.

Judico licitè posse etiam presente approbato; non ita si Sacerdos simplex sit excommunicatus, n. 202. 203.

Tridentini textus est illimitatus, n. 203.

Absolutio illa pro censuris valet tantum pro foro interno; si enim vivat, tenetur comparere ante eum, a quo absolvi potest, n. 204.

Absolutus vi Cruciatæ non tenetur comparere, Tom. III.

nisi ut externè absolviatur à censuris, quarum Absolutionem non concedit, n. 205.

Absolutio cum onere comparendi dicitur ad reincidentiam. Cur? Ibid.

Dubie reservata non sunt reservata, n. 206.

Clemens VIII. reformavit suam Bullam de dubiè reservatis, ibid.

Nullum peccatum est Pape reservatum, nisi ob censuram, & qui ab hac absolvi potest, & ab illo, & e contra, ibid.

Etsi simplex Sacerdos possit absolvere venialia, & mortalia vitæ confessis, non potest tamen licitè se exponere, n. 207.

Bulla Innocentij XI. ibid.

An detur obligatio consistendi venialia, vel ex precepto confessionis annuae, vel ex regula, n. 208.

Heresis Lutheri, ibid.

An veterum Sacerdotum simplici absolvere mortibundum presente approbato, n. 209.

Plurimi sub articulo mortis comprehendunt periculum probabile, & quidquid de uno docent, docent de alio, n. 210.

Absolutus in articulo mortis sui divellit à quacumque mortali absolutus, nec iterum repetenda, si vivat. Idem dicendum de censuris, non tamen pro foro externo, ne Judicibus praedictetur, n. 212.

An Capitulum Sede vacante revocare possit approbationes Regularium datas a priori Episcopo? n. 213.

Primum oritur ex ipso Tridentino sess. N. 23. de Ref. 6. 15. vetante ne quis etiam Regularis absolvat, nisi vel Parochiale officium habeat, vel ab Episcopis sit approbatus. Dubitari modo potest, an Parochus vi sui officij possit ubique absolvere in totâ Dicecesi Episcopali, vel tantum in suâ Parochia, ita ut nequeat extra suam Parochiam absolvere, nisi ab Episcopo quoad alias approbetur? Alias autem per Beneficium Parochiale venire dixi, omnia beneficia curam animarum habentia, ut Episcopatus, Archiepiscopatus, & aliqui Abbates, Archiepresbyteri, Archidiaconi.

Legi aliquos, & quidem satis classicos N. Doctores, qui docent Parochum, si vi Cruciatæ aut Jubilei eligatur in Confessorem, posse non tantum in Episcopatu, quo est Parochus, sed in omni alio, ubi non est, validè absolvere. Fundatur; quia Tridentinum unice dicit quod approbatio sit necessaria ei, qui non habet Beneficium Parochiale: ergo ut Parochus ubique validè absolvat, nullâ eget approbatione. Ita P. Mendo d. 22. n. 28. apud Barbosa sess. 23. cap. 15. n. 19. & alij.

At hæc opinio neutiquam sustineri potest. Tr iij post

post Clement. X. qui ne quidem vult quod Confessor extra Diocesim, in qua est approbatus, absolvere possit suum Pœnitentem in alia Diocesi ubi non est approbatus. Præterea, quod ille sit Parochus, facit, ne sit approbandus ubi est Parochus, & suum officium exercet, non vero ubi non est: ergo cum ubi non est Parochus, sit purus simplex Sacerdos, & se habeat quali omni Parochiali Beneficio careret, consequenter includitur in Decreto Clementis X. vetantis ne ullus absolvat eam in Diocesi ubi non est approbatus, & se habet ibidem ut non Parochus. Adde eam opinionem eludi omnem Episcoporum in Confessores jurisdictionem, adeo à Tridentino, & Pontificibus inculcatam; nam omnes Parochi possent ubique absolvere, quia sunt Parochi ubique; quod si ita est, possent quoque alia Parochi munera ubique exercere, ob eandem rationem, quia Parochi ubique sunt; hoc autem nemo dabit. Ut ergo Parochi autoritas ad suam tantum Parochiam extenditur, ita etiam potestas absolvendi sine approbatione, ad summum extendetur ad ejus Parochie Diocesim. Vide P. Nogueira d. 14. sess. 4. n. 33. & a. n. 41. Non ergo approbo quod docet P. Bardi, pag. 266. n. 14. quod Parochus sit ubique approbatus.

P. Nog.

P. Bardi.

N.

199.

Dixi ad summum: ego enim puto Parochum non posse absolvere, nisi in sua Parochia, aut loco, ubi Beneficium curatum habet; & ut possit in toto Episcopatu, aut in alia ejus Episcopatus Parochia, egere Episcopi tacito saltem consensu, & approbatione. Urgent me ad hoc eadem rationes: quia si Parochus salvo tuo officio potest non se subtrahere ab Episcopi approbatione, tenetur; nam prius jurisdictioni Episcopali, quam Parochi prospiciendum: potest autem, si dicatur, quod in loco ubi ille est Parochus, non eget approbatione; ubi verò non est, tenetur ergo ita dicendum. Rursus, quia ut Parochi officium, & jurisdictionem quoad alia sibi propria non egreditur limites loci ubi non habet beneficium, in his enim ita se habet ac si Parochus non esset; ita quoque privilegium absolvendi sine alia approbatione non egreditur locum ubi tale beneficium habet, sed erit privilegium locale, atque adeo si absolvere velit extra locum ubi habet beneficium, eget Episcopi approbatione. Hinc quidquid in contrarium videmus, quod unus Parochus absolvat in Parochia alterius; & quod se mutuo juvent in oppositis Forensibus, est ex tacito Episcopi consensu, qui omnem suum Parochum approbare fortasse vult, & sæpe debet necessi-

tate compulsus pro omni sua Diocesi. Nota autem, quod licet Curati vigesimo quinto anno expleto sint ratione sui officij approbati, ut possint mulieres audire, non sit, ut bene P. Card. diff. 2. a. n. 232. ut non Curati, quamvis Regulares sint, ante quadragessimam annum expletum (aut alium quemcumque pro Diocesanorum arbitrio) possint valide audire mulieres, ut Clemens X. declaravit. Ratio est; quia approbatio Regularium, & aliorum, qui officio Parochiali non gaudent, remittitur iudicio Episcopi, ut dicit Tridentinum; ergo nil prodest iudicium Prælati Regularis exponentis suum Religiosum, ut mulieres absolvat, nisi iudicium Episcopi præcesserit.

Alterum est ex eodem Tridentino sess. 14. N. de Ref. cap. 7. dicente, *Verumtamen sic ad modum, ne hæc ipsa occasione aliquis percat, in eadem Ecclesia Dei semper custoditum sui ut nulla sit reservatio in mortis articulo, acque illis omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes a quovis peccatis, & censuris absolvere possint.* Circa hunc textum aliqua scitu digna occurrunt. An idem sit articulus mortis, & mortis periculum? Plerique cum P. Suar. tom. 4. n. 3. p. d. 26. sess. 4. a. 2. Card. de Lug. d. 18. de Pœnit. n. 21. P. Sanch. in Sum. lib. 2. cap. 13. P. Bardi *tratt. 6. cap. 6. n. 14.* dicunt esse idem, eo quia ex jure patet ex cap. *Eos qui de sent. excomm. in 6.* quod quem Pontifex à principio vocaverat articulum, in fine vocat periculum mortis. Revera tamen aliquantulum distinguuntur: nam articulus mortis est, cum mors, moraliter loquendo, certo proxime imminet, sive ea procedat ab infirmitate, seu ab intrinseco, sive ab extrinseco, quatenus ab hoste est perimendus, aut à iudice morti indubitate adjudicatus. Periculum autem mortis aliud est proximum, & hoc confundi solet cum articulo mortis aliud remotum, sive ea mors oritur ab intrinseca causa, sive ab extrinseca: tales sunt dilatate navigationes aut infirmitates. Certum porro est quod Doctores non conveniunt in exemplis, nam quæ aliqui enumerant inter pericula mortis remota, numerant alij inter proxima, alij sub mortis articulo ea recensent. Certum porro est ex Tridentino N. no. 10. quod quilibet Sacerdos simplex, seu tot. non approbatus quemlibet ab omni peccato, & censurâ in articulo mortis constitutum, absolvere possit; quod idem periculo mortis proximo applicandum. Totum inter DD. dubium est, an hoc licite possit simplex Sacerdos, si ad sit alius approbatus. Sunt qui affirmant tam de peccatis, quam de censuris, quos citat Diana 1. p. 17. 5. & 3. part. *Diana* *tratt.*

tract. 4. resol. 57. & 4. p. tract. 4. resol. 161. quibus accedit P. Tamburinus lib. 3. de Methodo Confess. cap. 7. Sunt qui negant cum Card. de Lugo d. 18. de Pœnit. n. 24. P. Mend. d. 22. n. 6. sunt qui concedunt à peccatis, negant à censuris simplicem Sacerdotem, præsentem eo, qui habet facultatem absolvendi ab illis, absolvere posse. Sunt demum, qui distinguunt, dicentes, quòd vi Cruciatæ quilibet a censuris, quæ Sacramentorum receptionem impediunt, absolvere possit, non ita ab alijs, de quo legi potest P. Nogueira, qui dilucide d. 17. sect. 18. n. 153. P. Bardi tr. 6. cap. 6. P. Mend. l. c. hæc tractant.

N. 202. Ego in tantâ sententiarum varietate sentio quòd simplex Sacerdos, etiam præsentem approbato, tum validè, tum licitè, quemlibet in articulo mortis constitutum absolvere possit. Quòd validè, nemo negabit, nam vi Ordinis simplex Sacerdos habet, ut ait Tridentinum sess. 23. de Ref. c. 15. absolvendi facultatem; hic autem, ut validè exerceat, non eget ullâ approbatione, ut patet ex sess. 14. de Ref. cap. 7. dicente, *Piè semper in Dei Ecclesiâ custoditum, ut nulla sit in mortis articulo reservatio*; & ex hoc principio Tridentinum infert, omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absolvere posse: ergo cum Tridentinum tam illimitatè loquatur, simplex Sacerdos validè saltem tunc absolvit. Quòd vero etiam licitè, non video ullam restringendi rationem. Ut enim, dum Tridentinum restringit, nos quoque restringere debemus, & ideo cum Tridentino extra articulum mortis restringimus facultatem vi Ordinis cuilibet Sacerdoti concessam ad solos ab Episcopo approbatos; ita dum Tridentinum sine ullâ prorsus limitatione dicat, omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absolvere posse, non video cur Tridentini illimitatum assertum non sit sustinendum. De cætero, si limitationibus arbitrarijs detur locus, nullus inter T. T. vel in hæc solâ questione disensionum finis. Dixi, arbitrarijs; nam assignatur textus, lex aut præceptum obligans simplicem Sacerdotem, ne præsentem approbato absolvat; ut assignatur quoties Confessarij facultas limitatur. Præterea contingere potest ut in articulo mortis constitutus summam habeat consistendi cum Sacerdote approbato difficultatem; cur ergo pœnitens ille gaudere nequibit privilegio cuilibet etiam simplici Sacerdoti concessio, ut possit eum ab omni peccato, & censurâ absolvere? Quòd si repetatur non posse, quia adest approbatus, hoc ipsum negatur: da enim cer-

tam legem aut præceptum limitans Tridentini textum evidenter quòd omnia illimitatum. Unus tantum hæc in re mihi scrupulus est, quòd simplex Sacerdos possit non esse N. 203. le aptus confessionibus audiendis, aut esse hæreticus. At hoc idem contingere potest cum approbato; ut enim inter approbatos plures adlunt non apti, ita inter non approbatos plures sunt apti. Quòd si hoc contingat, & in articulo mortis constitutus cognoscat cum simplici Sacerdote non esse aptum, aut esse hæreticum, tunc ei confiteri nequit, ne Confessor peccet: non quia simplici Sacerdoti tunc confiteri nequeat, sed quia tali confiteri nequit: quòd idem contingere potest cuilibet pœnitenti etiam intra, & extra articulum mortis, qui nemini, hæretico, aut non apto cognito certo ut tali, etsi approbato, confiteri licitè poterit.

Hoc tamen adverto, quòd si ille in periculo mortis constitutus non moriatur, etsi N. 204. repetere non teneatur peccata reservata, ut rectè Maltrius d. 21. n. 222. Felix n. 3355. nam tunc simplex Sacerdos habet de jure, teste Tridentino, potestatem absolvendi ab omnibus reservatis: aliter tamen de censurarum reservatione quoad forum externum loquendum, ut rectè P. Suar. d. 30. de Pœnit. P. Vatq. qu. 93. de Pœnit. C. de Lugo d. 18. de Pœnit. P. Bardi tr. 6. in Cruciatam cap. 6. nam à censuris non absolvitur pœnitens ille, nisi cum onere comparendi, & petendi abolitionem à censuris, si non moriatur. Excipe tamen pœnitentem, qui habeat Cruciatam, hic enim constitutus in articulo mortis, & à simplici Sacerdote absolutus non tenetur, si vivat, comparere, ut à censuris, quas Cruciatam concedit, absolvatur, sed tantum ab alijs, quas Cruciatam non concedit. Quare absolutio data cum onere comparendi dici solet absolutio ad reincidentiam; eò quia negligens comparere tempore debito, præter culpam, non obediendo ei præcepto, incidit in censuram, à qua absolutus fuit, ut exponit Bardi tr. 6. cap. 4. Addo ex Felice N. 205. Potest tom. 1. n. 3245. ad 3248. 3355. plurimos, inter quos C. de Lugo, Pontius, Maltrius d. 21. qu. 8. n. 203. sub mortis articulo ipsum probabile periculum comprehendere, cum hoc tantum discrimine, ut in periculo mortis Sacerdos absolvat directè ab omni etiam reservato peccato, à censuris vero reservatis non nisi sub conditione quòd periculo elapso teneatur se præsentare ut à censuris absolvatur. Vide P. Moyam pag. 300. n. 12.

Locutus sum de peccatis certò reservatis, N. 206. à qui-

à quibus quilibet etiam simplex Sacerdos poenitentem in periculo proximo mortis constitutum absolvere potest; multo magis si dubie reservatus sit: si enim dubium sit de reservatione, tunc necesse non est ut quis in eo periculo sit, ut absolvi possit à quolibet, dummodo proportionaliter ad suos Superiores approbato, ut rectè sentit *Mastr. d. 21. qu. 9. n. 234.* P. Ardekin *rom. 2. pag. 208. n. 11.* quos citat & sequitur *Felix num. 3313.* qui tamen in hoc recedit, quòd velit fatendum idem iterum peccatum, si deinde noverit certò reservatum, quòd negat *Mastr. Scio Clementem VIII. anno 1601.* inter reservatos comprehendisse etiam casus Cœnæ dubie reservatos; ac simul scio, anno subsequenti 1602. eundem Clementem prius suum Decretum moderatum fuisse, omiſſa clauſulâ, *clarè vel dubiè* contentis.

P. Suar. Concludo cum P. Suar. *tom. 4. in 3. p. d. 29. P. Mèd. sect. 2. P. Mendo d. 23. n. 18. P. Nogueira d. P. Nog. 15. num. 14.* nullum peccatum esse Papæ reservatum, nisi ratione censura; & qui ab illâ absolvere potest, potest regulariter à peccato; & qui à peccato, potest ab illa. Qui verò curiosus est nosse casus Papæ reservatos, etiam extra jus canonicum, legat P. Nogueir.

Felix. *Neuffer l. c. sect. 4. & Felicem, & Neuffer d. 73. n. 34. & P. Moya P. Moyam.*

N. Occasione qua de jurisdictione simplicis 207. Sacerdotis in eos, qui mortis articulo versantur, locutus sum, aliquid de ejusdem jurisdictione circa venialia, aut mortalia aliàs confessa, præsertim post Innocentij XI. Bullam de Communionem quotidianâ, innovere volo: et si enim, ut rectè disserit P. Carden.

Ian. XI. *diff. 2. an. 386.* constet ex Ecclesiæ praxi, cuilibet Sacerdoti inesse jurisdictionem absolvendi validè venialia, hodie tamen, ut Innocentius XI. in citatâ Bulla decidit, non licet simplici Sacerdoti se exponere ad ea audienda, ob summa quæ inde sequuntur inconvenientia. Unum meis vidi oculis Romæ, dum Theologiam audirem, quo nullum maius expertus sum. Cum enim die Jovis Sancti in Divi Bartholomæi Basilicâ confessiones audirem, aderat simplex Sacerdos, qui se eâ doctrinâ ductus, quòd validè venialia, & mortalia aliàs confessa absolvere posset, confessionibus exposuerat. Audivit plures, quos, quia mortalibus de novo commissis premebantur, sine absolutione dimisit. Accessere ad me rogantes, an ego mortalia absolverem. Culpavi ignorantiam primi, & secundi; ut tamen tertius me eadem interrogatione fatigavit, rogavi, ut quid hoc interrogabat. Respondit, quia Religiosus ille in Confessionario expositus non nisi venialia

absolvit, rejectis omnibus, qui cum mortali accedunt. Perpende, mi lector, Confessoris verè simplicis animositate, violatò confessionis sigillo: qui enim ab eo non absoluti dimittebantur, palam erat astantibus culpâ mortali laborare. Quare ob hoc, & alia nota inconvenientia sanctè ab Innocentio XI. Episcopis indictum, ne Sacerdotes simplices se audiendis confessionibus exponant licet enim validè (et si, hoc negat *Felix n. 3240. & Mastrus* venialia, & mortalia aliàs confessa absolvere possint, attamen illicite omnino se exponunt confessionibus audiendis. An autem detur obligatio confitendi aliquando venialia, in eo qui non peccavit integro anno mortaliter, vel ratione præcepti Ecclesiastici, ut semel in anno confiteatur; aut ratione regulæ ex gr. confitendi semel in mense, legi potest sandatus *scpe Scorista Joan. Anton. de Panorm. cap. 7. art. 1. p. n. 29. 30.* qui Lutheri propositionem in Leone X. damnatam, *Nullò modo premissa* confiteri venialia, nec ullus unquam ex SS. *Leo X. PP. ea confessus est, egregiè rejicit.*

Dices Canones antiquos unice concedere N. simplici Sacerdoti potestatem absolvendi in articulo mortis, si non adit approbatus; ita *cap. Aurelius, cap. Presbyteri*: quoniam hoc innuit Tridentinum, dum ait eam potestatem concedi, ne quis pereat sine confessione: sed præſente approbato non est tale periculum: ergo. Idem dicendum, præſente Sacerdote Catholico, aut non excommunicato, non posse hæreticum aut excommunicatum. Ita *Felix Potest. tom. 3. n. 172.* Sed contra, et si ita foret quòd canones antiqui hoc ita explicaverint, quid tum, si Tridentinum in canonibus posterius (lex autem posterior prævalet priori) absque ullâ prorsus limitatione loquatur? Præterea certum per Felicem, & omnes T. T. est, quòd simplex Sacerdos præſente approbato validè moribundum absolvet. Si ergo validè, & nulla detur lex vetans licere, nam Tridentinum illimitatè loquitur, cur non licet? Rursus in tali Theologicarum sententiarum discordiâ, an simplex Sacerdos possit an non; an excommunicatus approbatus potius quàm non approbatus non excommunicatus, & aliarum similitum, periculum immineret, ne moribundus sine absolutione periret, & interrogare deberet Confessores, quis sit approbatus, quis Catholicus, quis habeat facultatem à casibus reservatis, & similia. Si enim semel aperitur aditus interpretando Tridentino illimitatè loquenti, & dicatur non posse simplicem Sacerdotem absolvere præſente approbato, dicam non posse approbatum non

non reservatis, presente approbato pro reservatis &c. Hæc ergo omnia moribundus, ne absolventi sit occasio peccati, præcise debet.

N. Deinde est discrimen inter simplicem Sacerdotem excommunicatum, & non excommunicatum: excommunicato vetatur absolvere ob censuram quâ ligatur, non ita non excommunicato: detur enim lex vetans, ne non approbatus absolvat moribundum, cum Tridentinum expresse dicat posse.

N. Nota verò, quod jam prænotavi. Primò, quòd plurimi DD. sub mortis articulo comprehendunt probabile periculum; ita C. de Lug. Pontius, Matr. *disp. 21. qu. 8. n. 207.* Quinam autem dicendi sint in mortis periculo, an prægnantes, an navigantes, an tauros Hispano more agitantes, an milites in aciem dispositi, dabit fuscè Bossius *discept. 2. à n. 6.*

N. Secundò, quòd si ille moribundus restituatur suæ salutis, etsi non teneatur comparere, ut à peccatis absolvatur, quantumcumque reservatis, quia fuit ab illis directè absolutus, & nemo subjicere debeat iterum clavibus quòd fuit directè absolutum; quinimò etsi ille idem in mortis articulo constitutus fuerit quoque directè ab omni censurâ absolutus: attamen cum magno discrimine, nam à censuris absolutus, absolvitur cum onere comparendi coram eo, qui cum absolvere potest; eaque à censuris absolutio valet unice pro foro interno, non pro externo Judicis, cui præjudicari non potest. Quòd si non compareat quàmprimùm coram competenti Judice à quo absolvatur, in eandem censuram reincidit juxta *caput, Eos qui. de sent. excom. in 6. lib. 5.* & mortaliter peccet violando legem obligantem comparere.

N. Tertium dubium est; quòd cum Clem. X. Bulla sit eâ prudentiâ digesta, ut nemo inficiari possit, eam Spiritus Sancti magisterio constructam; ita enim Episcoporum jurisdictioni favet, ut simul favet Regularibus; concedendo utrique plura ut licita, reprobando utrique plura ut vetita; quæritur modò, an sicut Episcopus suspendere potest pro suo jure, sive adsit, sive non adsit nova causâ approbationes ab Episcopo antecedenti Regularibus quoad absolvendos sæculares concessas revocare, eoque Regulares novo examini subjicere, ut Clem. X. decidit; ita quoque capitulum Sede vacante possit facultatem absolvendi Regularibus quoad sæculares ab Episcopo demortuo concessam revocare pro suo jure, sive nova adsit causâ, sive non; eosque examini subdere.

Hoc dubium paucis solverem, at quia N. quotidiana est, & multis obnoxia contentio- 214
nibus, ideo modò ejus solutionem transmittito ad calcem Disputationis. Considerabo ibi utriusque sententiæ motiva. Ponderabo N. quòd si strictò jure procedatur, nullus contentionum finis. Ostendam quale jus Capitulo conveniat in Regulares adeo, ut ei obfistere nequeant. Indicabo quid agendum casu, quo juri obfistatur.

§. II.

Alia dubia præcipuè circa Cruciatam, & Episcoporum, & Prelatorum Regularium facultatem.

S U M M A R I U M.

Opinio asserens Regulares vi Cruciate absolvi posse à reservatis, nec intrinsecè, nec extrinsecè est probabilis, n. 216.

Doctores hoc tuentes, n. 217.

An Legislator supplicatus, si taceat, consentiat? n. 218.

Supplicatio pro Cruciate ut faveat Religiosis, non est authentica, n. 219.

Stulte supplicatur Papa, ut non desinat, aut definitionem suspendat, n. 220.

Licet per Regis supplicationem suspendatur obligatio Pontificie legis, non tamen definitionis, ibid.

Tridentinum concessit Episcopis facultatem absolvendi à casibus Bullæ Cæne occultis, num. 221.

Textus Bullæ Cæne, qui revocare videtur eam facultatem, n. 222.

Bullæ Cæne antiquiores Gregorio XIII. eam revocationem non continebant, ibid.

De jure communi, & non tantum ex novo Tridentini inerat Episcopis facultas absolvendi ab omni Papali occulto, n. 223.

Per occultum venit hic crimen, quod juridicè probari nequit, n. 224.

Tota vis negandi fundatur in Bullâ Cæne, & in tertiâ ab Alexan. VII. damnatâ, docente fuisse toleratam à Congregatione interpretationem, quòd Bulla Cæne vetet, ne Episcopi absolvant casus publicos contra Cæne Bullam, non verò ne occultos absolvant, n. 225.

DD. hoc tuentes, n. 226.

Doctores id ipsum, etiam post tertiam damnatam, ibid.

Tuentes opinionem stantem pro Episcoporum facultate esse adhuc hodie probabilem, ibid.

Negantes eam opinionem esse veram, immò esse probabilem hodie, n. 227.

Quartum est, an saltem ob extrinsecam N. authoritatem sit hodie probabilis opinio- 216
nio

Urban.
VIII.

nio afferens Regulares posse vi Cruciatę absolvi, infcio tuo Prælati, à quolibet retervato? Dico autem nec intrinsecè nec extrinsecè esse probabilem, quin retentã Cruciatã, ut de factõ est, ne quidem fieri posse intrinsecè aut extrinsecè probabilem. Ratio est; quia habet contra se infallibile definitivum Papę judicium, quod negat Cruciatã, ut de factõ est, inesse tale jus: Urbanus enim mentem Pontificum Prædecessorum, & ipsius Cruciatę explicans, utitur non tantum verbis de futuro, sed de præterito, dicens, *Cruciatam nunquam Regularibus quoad abolitionem suffragari potuisse*; alijque Pontifices expressè definiunt, nullum ei jus inesse, sed quod contra se habet judicium Pontificum definitivum, nequit esse intrinsecè probabile: rursus quod habet contra se infallibilem auctoritatem, nequit esse extrinsecè probabile, nam, ut toties dixi, de essentia opinionis intrinsecè, aut extrinsecè probabili est ut nil certum sive ex ratione sive ex auctoritate habeat: ergo retentã Cruciatã, ut de factõ est, opinio stans pro validã Regularium abolitione vi Cruciatę nec est, nec esse potest intrinsecè, aut extrinsecè probabilis. Dixi, retentã Cruciatã, ut de factõ est; si enim Papa eam ampliaret, aliamque ederet, quę facultatem præsentiam concederet, tunc qui absolveretur, foret ex vi alterius Cruciatę, aut alterius privilegij, quod Papa concederet, non vi hujus Cruciatę, aut præsentium privilegiorum.

N. Hoc scio, ut suprã innui contra Hozes, 217. Torrecillam, & alios, qui inclinant in oppositum, quod Nostri, & exteri ferè omnes eam opinionem censurant; nam M. Joan. à S. Thom. ait non esse securam; Card. de Lugo *de Penit.* vocat illam certissimè falsam; P. Bardi *pag. 50. & 60.* temerariam, & falsam; P. Mendo *d. 24. num. 122.* omnino improbabilem; Lumbier *tom. 3. in 1. damnatam n. 1996.* protervam, pertinacem, & perniciosam, quin Confessores sub hac opinione absolventes vocat *carnivorous*, quia animas devorant; P. Moya, *tom. 1. pag. 343.* P. Card. *disp. 2. a n. 178.* P. Nogueira, & quotquot vidi eandem opinionem, & quod caput est, adhuc antequam Innocentij XII. Decretum prodiret, acerrimè censurant: quid autem facturi essent citati Doctores, si post Innocentij Bullam scripsissent? Movet dubium *pag. 347. n. 1.* P. Moya; quid, si quis adhuc putans probabilem opinionem quod Confessor possit vi Cruciatę absolvi Regularem à reservatis, poenitens verò Confessoris mentem ignoraret, maneretne

poenitens absolutus? Movet, inquam, hoc dubium P. Moya, resolvens quod poenitens maneret absolutus; quod approbo, si poenitens sit adeo hebes, vel nil omnino sciat quid, & à quo absolvendus; de reliquo poenitens accedet cum malã fide petens absolvi à non habente facultatem. Cæterum dubium illud, de probabilitate opinionis stantis pro validã absolutione reservatorum vi Cruciatę, vix est hodie possibile: si tamen quis supponat post tot Decreta Papę eam opinionem reprobantia, huic dubio respondendum erit, quod similibus dubijs supponentibus ignorantiam aliquam invincibilem, & omnia quę orientur absurda, non in responsonem, sed in hypothesein rejicienda erunt.

Potè hæc exarata, oblatum mihi fuit opus N. Petri de Murga Benedictini, qui in opere 218. suo Canonico, & Morali *tom. 1. de Appel. Mupp. lationibus, titulo de Constitutionibus qu. 2.* Lucernæ impresso, & Typographi culpa mendis copioso, examinans an licite suspendi possit executio constitutionis, & legis Apostolicę, si Papa super tali constitutione supplicatus fuerit: & quamvis *num. 3.* dicat non posse, si Decretum sit ex Cathedrã, & spectet ad fidem, & mores; atamen *num. 6.* dicit quod si lex Papę non spectet ad fidem, & mores, et si foret pro omnibus Fidelibus, possit hæc Pontificia lex licite suspendi, factã Papę supplicatione: & *n. 8.* addit, quod tunc obligatio legis Pontificę suspenditur, nec peccat, qui eam non servat; legislator enim supplicatus, si taceat, & nil respondeat, censetur consentire, & legis obligationem tacite tollere. Tandem ad rem *n. 9.* loquens de Constitutione Urbani VIII. verarum Regularibus usum Cruciatę, quoad facultatem eligendi Confessarios, refert dictum Leandri à SS. Sacramento *tom. 1. tr. Lepid. 4. disp. 12. qu. 58.* quod de dictã Bullã fuit *SS. Sac. rit idem Urbanus de mandato Regis Catholici supplicatus à Commisario Generali Cruciatę: quã supplicatione posita, dum contrarium non constet de mente Pontificis, non renuam concedere esse probabilem. Hæc Murga, qui eam doctrinam non impugnat, ut plerique alij, qui eam referunt.*

At sicut doctus Murga ea quę tradit *n. 7.* Murga *8. 9.* ex P. Moya *tom. 1. tr. 6. disp. 1. de Le. P. Moya gibus qu. 1. n. 16. pag. mihi 453.* exscribit, cur non ex eodem P. Moya tranteribit quęque responsonem, quam ei argumento supplicationibus nixo dedit *tom. 1. tr. 3. disp. 8. n. 34.*? Ait enim neutiquam constare authentice, quin, et si constaret authentice Pontificem supplicatum fuisse, nil inde deducitur ex eo principio, quod supplicatus, si non respon-

respondeat, consentit, aut standum verbis legis, etsi legislator dicat se aliter intellexisse: illud enim temperandum est, & hoc plus quam temperandum, videlicet, si non fequantur maxima inconvenientia, pro quibus vitandis necessarius est consensus expressus: similiter si ea lex prior novo posteriori Decreto non explicetur; tunc enim prioris legis verba à sequenti legislatoris intentione nullam habent vim: nam anima legis est intentio legislatoris, ut bene P. Suar.

P. Suar. lib. 6. de Legib. cap. 1. n. 16.

At, his omnibus omisiss, datâ adhuc ut authenticâ Commissarij Cruciatæ supplicatione, rogo, quid supplicari? an ut Papa revocaret suam definitionem, quin priorum Pontificum definitiones, nempe Clem. VIII. Leonis XI. Pauli V. (hi tres enim ultimi Clem. VIII. successerunt, & Urban. VIII. præcesserunt) hoc verò fatuè supplicaretur: quis enim Papam supplicet, ne in suis definitionibus sit infallibilis? Ergo cum Urbanus definiat Cruciatam minimè suffragatam Regularibus, nequirit supplicari ut suam definitionem suspenderet. An ut Papa non vetaret Regularibus usum Cruciatæ? Hoc autem itultè quoque supplicaretur; nam supplicaretur ne vetaret id, quod definiit indirectè saltem ut malum: per hoc enim quòd Papa definiat Cruciatam nunquam favisse Regularibus quoad absolutionem, definiit absolutiones illas vi Cruciatæ datas esse nullas, & intrinsecè malas: ergo licet Papa supplicatus possit alias suas puras leges suspendere, non tamen hanc fundatam in definitione; quin et si suspenderet, adhuc Regularis ipsâ lege naturali teneretur non absolvi vi Cruciatæ, dummodo aliunde sciret, fuisse à Papâ definitum, quòd Cruciatâ quoad absolutionem nil profit Regularibus independentè à Superioris arbitrio. An ut Papa concederet facultatem Regularibus ut à quolibet approbato absolvi possent? At hoc non est ad rem: non enim supplicatum fuit pro tali facultate, quam Papa potest absolutè dare; sed ut vi Cruciatæ hoc fieri posset, quòd stante præsentî Cruciatâ, cui nullum tale jus inest, fieri nequit. Concludo cum P. Cardenas, qui postquam *dis. 2. n. 186.* retulit hanc supplicationem Adversariorum dicentium, quòd ex parte Regis Hispani rogatus fuerit Urbanus VIII. ne in suâ Bullâ exprimeret dictam exceptionem Regularium, respondens huic argumento n. 226. ait: In hac quoque clarè conspicitur hallucinatio Adversariorum, non distinguentiâ declarationem doctrinæ à lege. Dicendum ergo, quòd quamvis per supplica-

P. Card.

Urban. VIII.

tionem Regis suspendatur obligatio legis, non tamen suspenditur declaratio doctrinæ morum factâ à Romanâ Cathedrâ. Declaravit Clemens VIII. opinionem de absolutione in absentia esse falsam, & temerariam. Numquid si Rex Catholicus supplicaret, prodesset aliquo modo ejus supplicatio, vel ut suspenderet declaratio, vel ut revocaretur? Quis tale monstrum potest admittere? Cùm ergo multi Romani Pontifices declaraverint, concessionem Bullæ quoad absolutionem à reservatis non potuisse suffragari Regularibus, atque invalidè esse absolutos, qui eâ usi fuissent; nihil prodest supplicatio legis contra certam veritatem doctrinæ morum. Hac ad litteram P. Cardenas, qui, quæ disputat, comprehendit.

Clem. VIII.

Quantum dubium est, an Episcopi hodie absolvi possint à casibus occultis in Bullâ Cœnæ reservatis? Fateor, me post laboriosam plurium Doctorum lectionem nil didicisse quam dubitare; & nil certi decidi posse, nisi quid certi asseratur ex ipsâ Bullâ Cœnæ, quo facultas à Tridentino concessa Episcopis eludatur. En verba Tridentini *sess. 24. de Ref. cap. 6. Licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare: & in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolica reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diocesi suâ, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvi, impositâ poenitentia salvari. Idem & in Hæresis crimine in eodem foro conscientie, eis tantum, (nempe Episcopis) non eorum Vicarijs, sit permissum.* Ita Tridentinum.

N. 221.

Triden.

En Bullæ Cœnæ verba, quæ post viginti fulminatas, contra viginti casus, excommunicationes, easdem centuras reservat, quibus reservatis, nullus ex istis casibus absolvi potest: casus enim ratione censuræ reservati, sicut sublata censurâ non manent amplius reservati, & à quolibet absolvi possunt, ita censurâ non ablata, à nemine, quam qui potest censuram tollere, absolvi queunt. Ceterum, inquit Bulla Cœnæ Gregorij XIII. a prædictis sententijs nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de statuta Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo, cautione præstitâ, absolvi possit; etiam prætextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum, quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quarumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali vel alia maiori dignitate præditis, &c.

222. Bulla Cœnæ. Greg. XIII.

Et c. Nec non laicis etiam Imperiali, & Regali, & aliâ mundanâ excellentiâ fulgentibus; per Nos, & dictam Sedem, & cujusvis Concilij Decreta &c. Quod si forte aliqui contra tenorē presentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutiois beneficium impendere de facto presumpserit, eos excommunicationis sententiâ innodamus. Non obstantibus privilegijs, indulgentiâ &c. ex quavis causâ, etiam per viam contractus &c. aut cum quibuscumque clausulis, etiam derogatoriâ derogatorijs concessis. Hæc Bulla Cœnæ.

N. Vt certa ab incertis segregem, sciendum 223. 1. quod Episcopis de jure communi inerat P.Méd. Triden. jurisdicção in omnes casus occultos, quocumque modo reservatos, ut rectè P. Mendo disp. 23. n. 62. & hoc ipsum supponi videtur à Tridentino l. c. dum ait, *Liceat Episcopis, non quasi novum illis dans indultum, sed inveniens quod jure communi habent.*

N. Sciendum 2. per crimen occultum non 224. venire vel purè internum, in nullum prodens actum externum, vel si prodit in aliquem, nulli est manifestus; sed to occultum, sumitur juridicè, seu vel quod non est notorium, ut ait Barb. in *Collect. sess. 2. de Ref. cap. 6. n. 25.* vel quod probari juridicè nequit, ut ait P. Sanch. *lib. 2. Oper. Mor. cap. 11. n. 11.* P. Mendo in *Cruc. d. 23. n. 59.* Felix *tom. 1. n. 3317.* nec ad forum Judicis contentiosum reduci potest. Vt ergo sit occultum, satis, ne sit notorium notorietate juris, aut notorietate facti.

N. Sciendum 3. totum dubium oriri ex Bulla 225. Gregor. XIII. cui omnes subsequentes infistunt: etenim anterioribus Cœnæ Bullis nulla prorsus inerat clausula derogans facultati Episcoporum à Tridentino Triden. assertè, quoad absolvendum omnes casus Bullæ Cœnæ occultos. Quare tota difficultas reducitur ad hoc, an eadè facultas quoad casus occultos in Bullâ Cœnæ reservatos infit post Gregorij Bullam, quæ antea inerat, & Tridentinum approbat? Augetur difficultas ex tertiâ ab Alexand. VII. damnatâ: *Sententiâ asserens Bullam Cœnæ solum prohibere absolutioem heresis, & aliorum criminum, quando publica sunt; & id non derogare facultati Tridentini, in quâ de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Junij in Consistorio Sacre Congregationis Eminentissimorum Dominorum Cardinalium visa, & tolerata est.* Ergo hæc oppositæ illationes veræ sunt: *Bulla Cœnæ non tantum vetat absolvi posse casus publicos, sed etiam vetat absolvi posse occultos.* Similiter: *Ergo derogata est facultas à Tridentino concessa Episcopis, ut casus Cœnæ occultos absolviere possint.*

Scio plurimos gravissimos Doctores, ante tertiam ab Alexandro damnatam, sentisse, quod per Bullam Cœnæ Gregorianam, (cui uniformes sunt subsequentiâ Pontificum Bullæ) nullatenus facultas à Tridentino Episcopis concessa, quoad absolvendum ab omni occulto Cœnæ crimine, derogata sit. Ita Barbosa l. c. Leander à SS. Sacram. de Barb. Censuris tr. 2. d. 17. qn. 45. & 46. P. D. Catillo de Censuris tr. 10. dnb. 5. pag. 65. P. Mendo d. 23. cap. 5. & alij innumeri. Quam post tertiam ab Alexandro damnatam hoc ipsum posse Episcopos, nempe absolvi ab omni casu occulto Bullæ Cœnæ, judicant P. Arfdekin, Lumbier, Hoze, Torrecilla, Bolco, & inelyti Sancti Galli Theologi, ejus in celeberrimo Monasterio maxime spiritus mei voluptate aliquot diebus detinui, raptus à singularissimâ eorum Patrum Benedictinorum religiofitate, & austeritate, qui tamquam Angeli in medio nationis prave (sunt enim ab Hereticis ex omni latere circumdati) absque ullâ exaggeratione haberi possunt. Igitur insignes ejus Monasterij Theologi idem docent *tom. 10. tract. 1. qn. 5.* & novissimè Valentinus de Mare Dea in suo *tom. Conscientiæ tract. 1. cap. 1. n. 30.* qui ait, probabile esse quod dicti casus Cœnæ occulti non excludantur à privilegio, quod Tridentinum concessit Episcopis, & citat Cursum Moralem Patrum Salmancensium subdens hoc non opponi Alexandro tertiam damnanti. Idem repetit tr. 5. exponens dictam tertiam damnatam; ait enim Hispano idiomate in Latinum converto: Nota, quod tantummodo damnatur in tertia damnatâ, quod visa, & tolerata fuerit: ut enim aliqua propositio omnino damnetur, satis ut id quod copula principalis affirmat, nempe fuisse vitam, & toleratam, sit fallum. Citat Cursum Moralem *tom. 4. tract. 18. cap. 4. pun. 2. §. 11. n. 130.* Hæc dictus & expeditus Valentinus.

Oppositam sententiâ, quod Episcopi N. post Bullam Cœnæ Gregorianam nequeant 227. ab ullo occulto Bullæ Cœnæ casu absolvi, docent plurimi apud Barbosam l. c. n. 59. Card. de Lugo de Fide d. 23. Neuller disp. 96. qui etsi oppositam tuentem, quod possunt Episcopi, vocat n. 18. adhuc hodie certè probabilem, nempe post tertiam ab Alexand. VII. damnatam; attamen num. 21. ait, esse certè probabilius, quod hodie sine speciali Pontificis indulto, nemo Pontifice inferior habeat facultatem absolvendi pro foro conscientie ab ullo casu Bullæ Cœnæ, & censurâ annexâ, sive casus sit publicus, sive occultus. Similiter P. Moya *tom. 1. tr. 3. d. 8. qn. 5. §. 2. n. 5.* P. M. qui

qui probabilius tantum negat hanc Episcopis
 inesse hodie facultatem, Potestatis tom. 1. n.
 333. accedit P. Cardenas tom. 1. d. 9. cap.
 20. art. 5. n. 345. qui negat sententiam stan-
 tem pro Episcopis post tertiam damnatam,
 esse hodie probabilem. Idem asserit Nogueir.
 in Bullâ Cruc. d. 15. n. 110.

§. II.

*Idem dubium quoad occultos contra
 Bullam Cœne.*

S U M M A R I U M.

*Si nihil certum hic dicatur, nil dicitur, num.
 228.*

Mea perplexitatis motiva, ibid.

*DD. negantes Episcopis facultatem quoad oc-
 cultos Bullæ Cœne, simul tamen asserentes op-
 positam esse extrinsecè hodie probabilem, ib.
 & n. 229. 230.*

*An sit damnata tota tertia, an solum ejus prædi-
 catum, ibid.*

*Tuentes posse hodie Prælatos Regulares absol-
 vere suos ab occultis contra Cœnam, n. 229.*

*Papa nil innovant in Prælati Regularibus
 quoad suos, sed quoad saculares, ibid.*

Relapsus in hæresim, ibid.

*Absolutio ab hæresi pro foro externo solis Inquisi-
 toribus competit, ibid. & 230.*

*Damnata, quod Prælati Regulares possint ab
 hæresi absolvere saculares, &c. ibid.*

*Jura componi debent potius quam corrigi, ibid.
 Non omnia Regularium privilegia purè à Tri-
 dentino revocata, n. 230.*

*Tridentinum nullum abstulit privilegium Re-
 gularibus quoad suos, circa confessiones co-
 rum, ibid.*

*Cur Papa plura Prælati Regularibus concesser-
 int privilegia quoad suos, quam Episcopis
 quoad suos, ibid. & 231.*

*Damnata de Prælati Regularibus quoad sacu-
 lares, n. 230.*

*Pius IV. finito Tridentino confirmavit privilegia
 Regularium Tridentino non opposita, ibid.*

Illustr. D. Coccini dictum, n. 231.

*Absolutio ab hæresi pro foro externo competit tan-
 tum Inquisitoribus, pro foro interno, ibid.*

*Rationes sententia tuentis posse hodie Episcopos
 absolvere ab occultis contra Cœnam, n. 232.*

233. 234.

*DD. tuentes vi officij Episcopalis convenire Epif-
 copis facultatem absolvendi ab occultis Papa-
 libus, & esse in illis ordinariam, n. 232.*

*Juris correctio pro possibili vitanda, quin jura
 concordanda, ibid.*

*Si interpretatio data Bullæ Cœne, quod hæc ve-
 ret publicos, non occultos, teneret, tum Bullæ*

Tom. III.

Cœne, tum Episcopis faveret, n. 233.

*Quia vix credi potest, quod Bulla Cœne inna-
 tam Episcopali officio facultatem tollere velit,
 n. 234.*

*Damnata quod fuerit visa &c. quid in eâ
 damnetur? n. 235.*

Damnata, Prælati Regulares, &c. ibid.

*Tridentinum solis Episcopis, non eorum Vicarijs,
 concesserat facultatem absolvendi ab hæresi
 occulta, ibid.*

Perplexus hæreo, cuinam sententiæ cer-
 tæ me desponem: nisi enim certò me de-
 sponem, parum refert quidquid dicam, sem-
 per enim libebit, quilibet ex oppositis sequi,
 si utraque maneat certò probabilis. Augetur
 perplexitas ex ipsis Doctoribus, qui post ter-
 tiam damnatam scripsere: qui quamvis ad-
 hæreant sententiæ neganti Episcopis facul-
 tatem absolvendi à casibus Cœnæ occultis,
 adhuc tamen oppositam stantem pro facul-
 tate Episcoporum vocant certò probabilem,
 etsi hanc non sequantur. Ita Neuffer l. c. &
 P. Moya l. c. qui, post hæc relata ex P. Card.
 l. c. n. 43. verba (Alexander Septimus in præ-
 dicto Decreto declarat, Bullam Cœnæ ve-
 tare absolutionem à casibus occultis, deroga-
 ndo facultati Tridentini) ait n. 5. sed cer-
 tum esse non asseram, ob rationem allatam,
 licet probabiliter ex Pontificis declaratione
 deducatur. Ratio autem erat, quia damnatio
 unice cadit in prædicatum propositionis: sed
 prædicatum tertiæ ab Alexandro damnatæ
 erat, quod fuerit visa, & tolerata interpreta-
 tio Bullæ Cœnæ, quod sola delicta publica
 ab Episcopis absolvi nequeant: ergo damna-
 tio unice cadit in asserentem quod ea inter-
 pretatio visa, & tolerata fuerit. Præterea hæc
 perplexitas robur sumit non tantum à se-
 quentibus sententiæ stantem pro facultate
 Episcoporum, sed ab ipsidem, qui eam negant,
 simul tamen, adhuc post tertiam damnatam,
 affirmant quod Prælati Regulares possint si-
 bi subditos absolvere ab omni casu Bullæ
 Cœnæ occulto; adeo ut quod hodie conce-
 dunt Prælati Regularibus quoad suos, neg-
 gent hodie Episcopis quoad suos; & econ-
 tra. Inter alios est Leander à Murcia tom. 2.
 lib. 4. disp. 1. resol. 8. & Felix Potest. tom. 1.
 part. 4. cap. 5. n. 3372. ad 3425. Probatur
 quia nemo spoliandus jure certo: sed jus con-
 cessum Regularibus Prælati ut possint suos
 ab omni occulto Bullæ casu absolvere est
 certum; revocatio autem tantum privilegio-
 rum non est certa, quin nec est dubia, ut la-
 te, & efficaciter suadet ex copiosis, quas al-
 legat in favorem eorum privilegiorum, Bul-
 lis, casque cum magnâ voluptate legi: qua
 Vv Bullæ

Bullæ et si quoad amplitudinem sint inæquales, ex illis tamen simul sumptis constat privilegiorum amplitudo. Dixi esse inæquales, quatenus aliqua excipiunt relapsum in hæresim, nempe novam in abjuratam de vehementi hæresim lapsam, ut ex Carena ait Felix n. 3387. alia nullum omnino, nisi conspirationem contra Summum Pontificem. Porro absolutio ab hæresi (notat idem Felix) est tantum *pro foro conscientia*, quia pro foro externo competit Inquisitoribus tale privilegium ex Bullâ Pauli V. & Alexandri VII. Secundo ait idem Felix n. 3397. quia vitanda est correctio juris, quando commodè fieri potest conciliatio: ergo cum Bulla Cœnæ non exprimat Prælatos Regulares erga sibi subditos, rectè intelligi potest negare omnibus, sive Episcopis, sive Regularibus, sive cuique infra Papam, facultatem absolvendi *seculares* ab occultis contra Cœnæ Bullam criminibus. Hæc præclarus Scotista infertens plerumque motivo, ob quod Pontifices inducti fuerunt ad concedendam Prælati Regularibus facultatem absolvendi suos subditos ab omni contra Cœnæ Bullam occulto crimine, ne, inquit, delinquentes prætextum fumant vagandi extra claustra, ut absolutionem obtineant.

N. Confirmat idem Felix a n. 3406. quia certum prorsus est non omnia Regularium privilegia fuisse à Tridentino revocata, cum ipsum Tridentinum *sess. 25. de Regularibus, & Monialibus cap. 20.* expressè dicat, *In ceteris omnibus presbiterum Ordinum privilegiis, & facultatibus, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint & illæsa*: ea igitur unice revocata sunt, quæ Tridentini Decretis adversantur, ut constat tum ex Bullâ Pij IV. quæ incipit, *In Principis Apostolorum*. emanatâ post terminatum Tridentinum, tum ex Greg. XIII. confirmante privilegia Regularium Tridentino non opposita. Cum ergo Concilium nil mutarit pro Prælati Regularibus quoad suos subditos, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, quin foveatur ordinaria Regularium Prælatorum potestas, & dependentia subditorum à suis Prælati: e contra cum per Cruciatam lædatur ea ordinaria Prælatorum potestas, & cedat, ut ait Urbanus VIII. in maximum regularis observantiæ præjudicium, privilegium illud in Cruciatâ fictum, quod Regulares vi Cruciatæ à quolibet independentem à sui Prælati licentiâ absolvi possint ab omni casu reservato; hinc justissimè ab Urban. VIII. Clem. X. Innoc. XII. illud fictum in Cruciatâ privilegium è medio tollitur; viceversa concessa à Pontificibus privilegia, ut Præ-

lati Regulares absolvant suos ab omni casu occulto Bullæ Cœnæ, illæsa manent. *Legge N. dictum præclarum Scotistam a n. 3412. ad 221. 3424.* qui selectissima tradit, & ad oculum ostendit ex M. Donato, viro doctissimo, & summè religioso *tom. 1. p. 1. trakt. 13. qu. 17. & tom. 2. tr. 11. qu. 17. & 18. Leandr. à SS. Sacram. de Sacram. Pœnit. tr. 5. d. 11. qu. 45.* & alijs, quos citat, dicentes, nil immutatum pro Prælati Regularibus quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ quoad suos subditos. Dico, quoad suos subditos, non dico quoad seculares; nam quoad hos placet à Clem. X. & Innoc. XII. mutata sunt, quæ enim Regulares sive virtute Cruciatæ, sive vi suorum privilegiorum eos absolvere possunt ab ijs omnibus criminibus, à quibus suos subditos absolvere possunt. Reverti quoque idem Felix n. 2423. ex Melphi de Pœnitentiæ *cap. 18. qu. 3.* Romæ impressio responsum, quam Dominus Coccinus, Rotæ Decanus, & Sacre Pœnitentiariæ Regens, eidem Melphi eum consulenti dederat, dicens: Maiorem, & ampliorem facultatem dispensandi, & absolvendi habent Prælati Regulares, (intellige quoad suos) quam Prælati seculares. Miror quod vos ad Sacram Pœnitentiariam confugiatis, cum in vestris privilegijs maiorem Pœnitentiariâ facultatem habeatis, sicut de facto est. Hanc sibi datam à Domino Coccino responsum retatur Melphi. Hoc iterum noto, quod numero antecedenti notavi, nempe per privilegium à Paulo V. 1. Septemb. 1606. & Alex. VII. 8. Julij 1660. Inquisitoribus concessio, nullatenus derogari privilegio Regularium absolvendi hæreticos sibi subditos in foro conscientie foro: quod enim revocatum est, ne Prælati Regulares *juridice* procedant contra suos subditos de hæresi suspectos, into contra eos processu, sententiâ, & pœniâ, quo privilegio Regulares olim donati fuerant: nulla verò in Bullâ, in Inquisitionis favorem à Paulo V. & Alex. VII. concessâ, fit mentio de facultate absolvendi in foro conscientie: quæ facultas longè diverâ est à facultate procedendi *juridice*, quæ non nisi Inquisitoribus convenit. Hæc Felix n. 3420.

Redeo modò ad quæstionem, an Episcopi hodie absolvere possint ab omni occulto contra Bullam Cœnæ crimine in foro conscientie. Fundamenta sententiæ affirmantis sunt, primò, quia ex antiquo jure communis, & ex novo Tridentini certa est hæc in Episcopis facultas, adeo ut juxta plures, ait P. Moya n. 3. pag. 326. ipsi dignitatem Episcopali, & officio unita videatur, nec sit de-

legata, sed ordinaria facultas, ut recte P. Sanch. lib. 2. de Matr. disp. 40. n. 14. & P. Mendo in Cruciata d. 23. n. 62. qui negat esse novum Tridentini privilegium Episcopis concessum, quod prius approbo; tanto magis quod vox, *Licet Episcopis*, quæ Tridentinum utitur, est ex se manserens, ut significet licentiam, vel ex privilegio, vel ex jure communi; eo modo quo recte dicitur, *Licet Parochis* absolvere sibi subditos, ea vox non significat privilegium, quin significat potestatem ex suo jure & officio sibi debitam, ut suos absolvat. Cum ergo hæc potestas absolvendi casus occultos Bullæ Cœnæ conveniens Episcopis sive ratione sue dignitatis Episcopalis, sive ex ipso Tridentino; sit certa, adeo ut dicti casus Papales occulti non sint dictis Episcopis ratione sue facultatis reservati: e contra cum revocatio ejus juris communis aut novi non sit certa, remanet eo ipso eadem post Bullam Cœnæ Gregorianam in Episcopis quoad casus occultos potestas, quæ antea: etenim certum est vitandam quoties fieri potest juris correctionem, præcipue Tridentini, cujus Decreta tanti fecit Ecclesia, ut pro eorum observantia Congregationem instituerit: ergo cum Bulla Cœnæ, cujus verba dedi supra n. 222. vetans nequis absolvere audeat à casibus Bullæ, non exprimat casus occultos, quorum tantum absolvendi facultatem Tridentinum indulget Episcopis, consequenter recte dici potest, quod Bulla veteret, ne casus publici contra Bullam, non verò ne occultis contra eandem a nemine, quam à Papa absolvantur.

N. 233. Accedit quod per hanc interpretationem, me Judice, salvatur tum tota Pontificis auctoritas; tum dignitas Episcopalis, & facultas, sive à Tridentino, sive ex officio Episcopali Episcopis conveniens; tum ipsum Tridentini Decretum. Salvatur Tridentini Decretum, ut planum est, quod concedit Episcopis jus absolvendi à casibus occultis contra Bullam Cœnæ. Salvatur dignitas Episcopalis, & jus ei dignitati annexum, si hoc ipsum asseratur. Salvatur Bulla Cœnæ vetans absolutionem, dummodo enim negetur Episcopis facultas absolvendi publica contra Bullam crimina, sed ea à solo Papa absolvenda; eo ipso habetur quantum satis est ut cum veritate dicatur, nemo casus contra Bullam Cœnæ absolvere potest nisi Papa. Salvatur uniformitas inter Bullam Cœnæ & Tridentini Decretum; quatenus utrumque convenit, quod nemo possit publicos contra Bullam Cœnæ casus absolvere, quam Papa; & quod occultos omnis Episcopus

Tom. III.

absolvere possit. Si ergo Bulla ita interpretata cum Tridentino; & jure, Episcopis ratione sue dignitatis, ut plures docent, debito uniformatur, adeo ut omnia maneat intacta, curialis interpretatio, absque eo quod Tridentini concessioni derogetur, non præponenda erit interpretationi eorum, qui volunt per Cœnæ Bullam annullatam etiam quoad casus occultos concessam Episcopis à Tridentino facultatem absolvendi; cum Bulla nil expressè dicat de occultis, sed in genere de casibus Bullæ Cœnæ, præseindendo à publicis, & occultis?

Confirmari potest; quia approbata doctrina est, quod nullum Concilij Generalis Decretum, præcipue Tridentini, intelligi debet revocatum, nisi de eo fiat specialis mentio: ergo cum in Bulla Cœnæ non nominetur nisi *Concilium*, non autem additur Tridentinum, consequenter Decretum Tridentini concedentis hanc Episcopis facultatem non intelligitur derogatum. Præterea M. Joan. de la Cruz de Sacram. Pœn. qu. 5. dub. 4. n. 1. ait, quod M. Ban. M. Medina, & alij, qui Tridentino interfuerunt, apertè doceant, quod per Bullam revocantur quidem privilegia, non jus commune Tridentini. Rursus addo ego, nemo negabit, quod sententia asserens convenire Episcopis facultatem absolvendi ab occultis Cœnæ, ex naturâ dignitatis Episcopalis, non ex aliquo privilegio, sit certo probabilis: ergo quantumcumque Bulla Cœnæ revocet quæcûque privilegia, colligi nequit quod revocet jus dignitati Episcopali nixum absolvendi ab omni Papali occulto; hoc enim jus non est ex privilegio, sed personale, inditum cuique Episcopo: ergo Episcopi, quin contraveniant Bullæ Cœnæ, poterunt etiam nunc absolvere ab omni casu Papali occulto.

N. 235. Nec obstat tertia damnata ut scandalosa ab Alexandro VII. eo quia non damnatur doctrina propositionis; sed damnatur quod ea doctrina fuerit vicia, & tolerata. Scandalosum quippe est asserere, & multo magis fingere, quod Sacra Congregatio viderit, & tolerarit eam doctrinam, cum forte ita non sit, sed purum mendacium: eo modo si vilis homunculus assereret, se à Carolo VI. Epistolam recepisse de sua ad culmen Romani Imperij exaltatione, haberetur ut fatuus, non ratione rei dicta, nam certissima est; sed ob asserentis, se à Carolo certiore factum, temeritatem. Nec ex eo quod verum sit eam opinionem non fuisse à S. Congregatione visam, & toleratam, sequitur fuisse reprobata: hæc enim illatio est illegitima, qui enim aliquid non videt, nec tolerat, nec reprobatur, sed præcisivè se habet: ergo ex eo quod ea

Vv ij propo-

propositio nec fuerit visa, nec tolerata à Congregatione, inferri nequit fuisse à Congregatione reprobata opinionem stantem pro absolvendi potestate contra Cœnæ Bullam. Rursum nec obstat quarta ab Alexand. damnata: Prælati Regulares possunt in foro conscientia absolvere quoscumque seculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione ob eam incursâ. Primo, quia hæc damnata loquitur de Prælati Regularibus quoad seculares; non de iisdem quoad suos, aut de Episcopis: ergo non est ad rem. Secundo, quia satis ostendi quod Prælati Regulares, neque ex suis privilegijs, neque ex vi Cruciatæ absolvere possunt seculares, nisi Episcopi approbatio accedat: cum ergo Prælati Regulares nullam in seculares ex se habeant jurisdictionem; sed omnem à solo Episcopo eos approbante, Episcopi autem nequeant illis conferre jurisdictionem, ut absolvant ab hæresi occulta, (præcipue si ea Episcoporum facultas quoad Papales occultos non sit ordinaria ex vi dignitatis Episcopalis, sed ex puro privilegio Tridentini indulta, atque adeo est indelegabilis) consequenter Prælati Regulares neque ex suis privilegijs, neque vi Cruciatæ, neque ex concessione Episcopi absolvere possunt seculares à Papalibus occultis contra Cœnam, & multo minus ab hæresi. Quod si asseratur quod facultas iniuncta Episcopis quoad catus occultos contra Cœnam absolvendos sit ordinaria vi sui officij, tunc delegare potest Episcopus Regularibus facultatem ut seculares absolvant à casibus occultis contra Cœnam, non tamen ab hæresi; cum Tridentinum quoad hæresim neget Episcopis facultatem etiam quoad suos Vicarios. Hæc sunt validiora hujus sententię fundamenta, partim ex alijs hausta, partim à me aucta.

§. IV.

An sententia negans sit certa?

SUMMARIUM.

Ejus fundamenta, n. 236. ad 240.
 Bulla Cœnæ expresse derogat Tridentino concedenti Episcopis facultatem quoad occultos Bulla Cœnæ, n. 237.
 Immo cuicumque antiquo juri, & privilegio, ibid.
 Papa derogare potest facultati vi officij instæ, ibid.
 Divisio criminum in occulta, & publica, quam extra rem, n. 238.
 Episcopis nunquam indulta facultas absolvendi à publicis, nec à Tridentino concessa, ibid.
 Damnat quod fuerit visa &c. damnatur tum

quoad predicatum, tum quoad subjectum, n. 239. 240.

Sacra Congregatio vidit, & non toleravit interpretationem datam Bullæ Cœnæ, n. 240.

Videns, & non tolerans opinionem, eam potius reprobat, nec se habet præcisive, ibid.

Si hic syllogismus est evidens (Bulla Cœnæ revocat facultatem à Tridentino concessam, sed concessit quoad occultos, ergo hanc revocat) tunc sententia affirmans fuit etiam ante tertiam improbabilis: si non est, tunc neque post tertiam est improbabilis, n. 241.

Ipsamet tertia damnata ideo damnatur, quia est ante damnationem improbabilis, n. 242. & 243.

Interpretatio, quod veteris Episcopi absolvere publica, non vero occulta, quam falsa, ibid. & 243.

Per tertiam damnationem sententia affirmans in Episcopis facultatem quoad occultos non est facta improbabilis, n. 244. 245.

Ego puto, etsi dicere non audeam, quod ea sententia affirmans fuerit semper improbabilis, ibid.

Si hodie est improbabilis, est ob illud opus ob quod continet damnata, nempe ob interpretationem in publica, & occulta, n. 245. 246.

Episcopi absolvere possunt non solum ab occultis, sed à publicis etiam contra Cœnam casibus, omnes incapaces ire Romam, n. 246.

DD. ibid.

Enumerantur qui sunt, n. 247.

Perpetuo impeditus absolvitur directe pro utroque foro ab omni casu, & censura: non tamen non impeditus perpetuo, n. 248.

An qui est impeditus, tum adire Papam, tum Episcopum, possit absolvi pro foro conscientie à dictis casibus publicis, à quolibet legitimo Sacerdote? Ibid.

An habens reservata ab Episcopo, impeditus eam adire, possit quoque absolvi à non habente facultatem pro reservatis? Ibid.

Casus contra Bullam Cœnæ ob multitudinem impedimentorum sunt sæpe Episcopales, n. 249.

Præstat potius ampliare Superiorum Primariorum facultatem, quam limitare, n. 250.

Insigne monitum S. P. Ignatij, ibid.

Sententia tuens in Episcopis facultatem quoad Papales, vel semper fuit improbabilis, vel nunc non est, ibid.

DD. dantes Prælati Regularibus maiorem quoad suos, quam Episcopi quoad suos facultatem, ibid.

Non est eadem in Inquisitionibus, & Inquisitionibus facultas, n. 251.

Plus longè possunt Hispani Inquisitores, ibid.

N. 236. **V**ideamus modò oppositæ sententiæ stantis pro derogatione juris Episcopalis quoad occultos in Bulla Cœnæ casus fundamenta; omnia fundantur in claululâ Bullæ Cœnæ derogatoriâ, quæ si in re adeo gravi ponderetur ut debet, evanescent subterfugia oppositæ sententiæ stantis pro facultate Episcoporum quoad casus Papales occultos: etsi enim in Bullâ Cœnæ non nominetur expressè *Tridentinum*, à quo ea facultas concessâ fuit Episcopis, & cui facultati Bulla Cœnæ derogat, sed nominetur præcisè *Concilium*; attamen evidenter constat, Concilium illud nõ esse, nec posse aliud esse, quàm *Tridentinum*, nam nullum aliud eam concessit facultatem: ergo cum Bulla derogat Concilio concedenti eam facultatem, derogat eo ipso quoad hoc indulto ipsius Concilij, auferendo omnem ab eo concessam Episcopis facultatem. In hæc materiâ iterum redimus ad verba legis neglecto ejus fine; ut enim Interpretes Tridentini à nobis hæc Disput. sepe impugnant, ex eo quòd *Tridentinum* requirat ad absolutionis valorem Episcopi approbationem, & non addiderit *Diocesani*, cujus in loco absolvitur, plures intulere opiniones confixas, minimè perpendentes finem, non solum verba Tridentini; ita in præsentem ex eo quia Bulla Cœnæ derogat indulto *Concilij*, & non addiderit Tridentini, Adversarij intulere subsistere adhuc Tridentini quoad Episcopos indultum.

N. 237. Porro quòd Bulla Cœnæ derogat quoque omnibus alijs indultis, & facultatibus, undecumque provenientes, patet ex ipso clarissimo Bullæ textu, atque adeo cum nullum sit dubium, quòd Papa derogare possit, & vetare usum jurisdictionis, etsi ex officij naturâ derivatæ, consequenter inaniter recurritur ad opinionem tuentem, quòd facultas absolvendi Papales occultos conveniat Episcopis ex suâ dignitate. Sit enim, ut libet: Bulla tali facultati Episcopis innatæ derogat, vetans sub excommunicatione, ne quis, etsi sit Episcopus, absolvat ab occultis Bullæ Cœnæ.

N. 238. Demum ea interpretatio, quòd Bulla Cœnæ vetet tantum nequis absolvat à publicis, videtur planè falsa: quia Bulla vetat, ne Episcopi absolvant à casibus Cœnæ, quorum absolvendi facultatem *Tridentinum*, aut alia jura concedunt, non quorum negant: sed *Tridentinum*, & alia jura unice concedunt Episcopis facultatem quoad occultos Cœnæ casus, non quoad publicos: ergo Bulla negat facultatem absolvendi ab occultis contra eandem Bullam criminibus. Hæc ratione planè evanescit divisio illa eadem Tom, III.

suum circa Bullam Cœnæ, in publicos, & occultos. Si enim nemo concessit Episcopis facultatem absolvendi casus publicos contra Bullam Cœnæ, quin omnes negant; ad quid necessaria erat ea Bulla Cœnæ, derogans facultatem quoad casus publicos, cum nemo eam concedat? contra cum tota contentio sit de occultis, an Episcopi ab his absolvere possint, Greg. XIII. ejus Bullæ Cœnæ, quatenus est derogatoria, Author, ob fines sibi notos clausulam apposuit derogatoriam concessæ hæcenus facultatis, ut Episcopi possent suos subditos ab occultis Papalibus absolvere.

Ad tertiæ damnatæ interpretationem in N. purâ Dialecticâ fundatam recole que meâ 239. *disp. 3. sect. 5. circa finem* dixi de hæc ipsâ damnatâ; nec non modum formandi ei contradicentem. Modo dico, quòd esto ita sit, quòd non nisi ejus prædicatum damnatur, nempe quòd fuerit *visa*, & *tolerata à Sacra Congregatione*; attamen si prudentialiter loquamur, damnata quoque est ipsa opinio cathogorica, seu ejus subjectum. Cur enim Alexander damnaret tantum quòd fuerit *visa*, & *tolerata*, cum hoc ad summum esset mendacium referentis, de quo nil aut purum curandum esset Pontifici, cum hoc ipsum sepe accidat pluribus falso referentibus alienas opiniones? Cur tot affecisset censuris sustinentes eas damnatas? Non ergo Papa damnavit tantum dictum referentis, sed multò magis rem ab eo dictam, nempe sententiam asserentem, Bullam Cœnæ non derogare nisi facultati absolvendi à publicis, non verò Decreto Tridentini concedentis facultatem absolvendi ab occultis: hanc ergo interpretationem Bullæ Cœnæ datam Alexander damnavit; ejus enim finis erat tueri ipsam Cœnæ Bullam, & stare pro jure Pontificum eos Bullæ casus sibi solis reservantium.

Confirmo: quia prædicatum damnatæ duo continet, nempe quòd ea interpretatio data Bullæ fuerit *visa*; & quòd fuerit *tolerata*. Quæro modò, ob quòd membrum damnatur? an propter *tò visa*, an propter *tò tolerata*, an propter utrumque? Sanè dici nequit, quòd propter *tò visa*; ita ut verum sit quòd *Sacra Congregatio* eam interpretationem non viderit, nec examinarit: hoc enim non est probabile: si enim longè minora à *Sacra Congregatione* videntur, & examinantur, quomodo ea interpretatio, in quâ tantum momenti est, à *Sacra Congregatione* non fuit *visa*, nec examinata? Ergo prædicatum damnatur propter *tò tolerata*; ita ut sensus sit, quòd *Sacra Congregatio* toleraverit eam interpretationem. Igitur damnatur quòd *toleraverit*: ergo *Sacra Congregatio*

tio non se habuit præcisivè quoad interpretationem, quæ est subiectum damnatæ. Potuisset quidem se habere præcisivè, si non vidisset, at cum non sit probabile non vidisse, quin certum sit vidisse eam interpretationem, eo ipso quod damnatur ut falsum quod Sacra Congregatio eam toleravit, verum prorsus est eam negasse, & exclusisse: ergo negavit prædicatum de tali subiecto, seu negavit tolerantiam eam Bullæ Cœnæ interpretationem. En utriusque sententiæ dantis, & negantis hodie post tertiam damnatam, Episcopis facultatem absolvendi ab occultis contra Cœnæ Bullam motiva. Fateor mihi graviora videri fundamenta opinionis negantis, eò quia interpretatio data Bullæ Cœnæ, quod negat Episcopis facultatem tantum quoad publica contra Bullam Cœnæ delicta, est meo iudicio evidenter falsa, quia nemo umquam asseruit inesse Episcopis facultatem absolvendi à publicis contra eam Bullam delictis, sed solum ex Tridentini indulto (quod expressè loquitur de occultis) concedebant Episcopis quoad delicta occulta absolvendi facultatem: ergo si Bulla Cœnæ derogat facultati concessæ Episcopis, derogat facultati absolvendi ab occultis. Hoc est motivum, quod singulariter me movet, stare pro sententiâ negante Episcopis facultatè absolvendi ab occultis contra dictam Bullam.

N.
241.

At quia meo iudicio non fido, eò quia video plures DD. graves, non tantum ante, sed etiam post tertiam ab Alexand. VII. damnatam, stare pro sententiâ tuente in Episcopis facultatem absolvendi ab omni occulto contra Cœnam, hinc de ipso, mihi fateor, evidenti syllogismo dubitare incipio, num crasse halluciner. En syllogismus: *Bulla Cœnæ revocat non tantum omnia privilegia, & jura antiqua, sed etiam jus novum Tridentini.* (hoc enim fuit, quod tale Episcopis indultum concessit) *sed quod jura antiqua, & Tridentinum concessit, est tantum facultas absolvendi occulta contra Bullam Cœnæ crimina:* (nulla facta criminum publicorum contra Cœnam mentione, quam nemo somniavit convenire Episcopali officio) *ergo Bulla Cœnæ revocat facultatem Episcopis debitam aut concessam absolvendi ab occultis.* Maior constat ex ipso textu Bullæ Cœnæ relato n. 222. minor ex ipso Tridentini textu relato n. 221. consequentia est legitima. Cum ergo videam gravissimos DD. interpretari textum Bullæ Cœnæ, quod negat Episcopis facultatem absolvendi à delictis publicis contra Cœnæ Bullam, non ab occultis; cum tamen evidens omnibus sit, numquam concessam Episcopis facultatem absolvendi à publicis,

sed tantum ab occultis, titubare incipio de re mihi omnino certâ, nempe quod Bulla Cœnæ revocavit indultum absolvendi concessum à Tridentino, nempe absolvendi occultis. Quod scio est, nil ponderis auctum in favorem sententiæ negantis facultatem absolvendi ab occultis, nil, inquam, additum ex tertiâ damnatâ: vel enim est certus ille syllogismus, & tunc sententiâ affirmans talem facultatem fuit ante tertiam damnatam improbabilis; habebat enim contra se eum certum syllogismum; vel non est certus? & tunc neque post tertiam damnatam sententiâ affirmans erit improbabilis, cum nil habeat contra se certum; si enim ante tertiam interpretatio data Bullæ Cœnæ, quod negat facultatem absolvendi à publicis, non verò ab occultis, est certò probabilis, etiam post tertiam damnatam talis manet.

Dices: Licet verum sit damnatam fridè N. interpretandam, & sumendam ut jacti, non tamen inferitur, quòd quia tertia est damnata, quatenus asserit sententiâ tuentem falsè Episcopos ex Tridentino à casibus occultis, fuisse *visam, & toleratam*: non, inquam, inde inferitur, quòd ea sententiâ retinet modo probabilitatem, quam antequam damnaretur, habebat. Potest enim ex ipsa damnata colligi ratio tollens omnem probabilitatem, ut patet in minus pia opinione, que non damnatur ut improbabilis; at tamen post tot indulta magis pie concessa, & postquam Papa vetuit, ne minus pia defendatur, relinquitur ratio, que reddit eam minus piam, penes plurimos certò improbabilem. Fateor quòd *visâ, & toleratâ*, sit prædicatum damnatæ reliqua subiectum. Fateor 2. mihi certum esse, ut dixi *disp. 3. ad finem*, quòd sententiâ asserens Episcopos posse ab occultis contra Bullam absolvi, fuisse *visam, & non toleratam*; & hoc esse, cujus oppositum Alexander damnat, nempe fuisse *toleratam*. At hoc modo non disputatur: quòd ergo disputatur est, an sententiâ, que asseritur *tolerata, sit hodie certò improbabilis.* Dixi autem esse improbabilem ratione syllogismi evidenti, à quo Alexander motus fuit damnare tertiam, quatenus asseritur *divisionem peccati in publicum, & occultum*; & quòd Bulla Cœnæ vetabat unice absolutionem à publicis, quam numquam habere Episcopis; non verò ab occultis, quam habebant. Igitur ipsa Alexandri definitio nititur ipsi syllogismo excludenti dictam *divisionem*; ex quo deduxi quòd sententiâ asserens, unice vetari Episcopis facultatem absolvendi à publicis, non ab occultis, vel semper fuisse improbabilem etiam ante damnationem tertiæ,

tie, ut ego prorsus judico, etsi ob magnam Doctorum contradicentium auctoritatem hoc dicere vererem, vel si ante damnationem tertiæ non fuit improbabilis, nec post damnationem esse improbabilem: eò quia ipsa Alexandri definitio nititur syllogismo, qui si non erat certus ante, nec nunc. Nam sepe docui damnatas à Papa esse ex se ante damnationem malas; & ideo quia in se malæ, damnantur.

N. 243. Confirmo: Nemo ante tertiam damnatam dixit improbabilem sententiam tuentem, licere Episcopis absolvere ab occultis: putarunt quidem plures esse falsam ob expressum Bullæ Cœnæ textum, nemo tamen quem viderim putavit improbabilem; ergo neque post tertiam damnatam ea sententia erit improbabilis. Do enim fuisse à Sacra Congregatione visam, & non toleratam interpretationem datam Bullæ Cœnæ, quod sustulerit ab Episcopis facultatem absolvendi à publicis, non ab occultis. Rogo, cur non fuit tolerata? Sanè, non nisi quia hæc interpretatio data Bullæ Cœnæ est illusoria, cum Bulla Cœnæ tollat facultatem ab Episcopis quam habebant; sed non habebant, nisi quoad delicta occulta, non quoad publica: ergo illam tollit: ergo tota ratio non tolerantia resolvitur in hunc nostrum syllogismum evidentem: *Bulla Cœnæ tollit facultatem, quam Tridentinum dedit Episcopis, sed non dedit nisi quoad occulta, ergo hanc tollit.* Hic autem syllogismus, si ante tertiam damnatam non sustulit probabilitatem à sententiâ post Bullam Cœnæ tuente, inesse Episcopis facultatem absolvendi ab occultis, neque post tertiam damnatam auferet ab eâ sententiâ probabilitatem.

N. 244. Hæc sunt, quæ movent primò ad dicendum, quòd per tertiam damnatam nulla sit sublata probabilitas à sententiâ tuente inesse post Bullam Cœnæ Episcopis facultatem absolvendi ab occultis, sed eandem prorsus retinere modò probabilitatem, quam ante tertiam damnatam habebat. Constat; quia nullum modò habet contra se principium certum post tertiam damnatam, quòd antea non haberet; nempe ipsam interpretationem Bullæ quoad casus occultos, & publicos: quæ interpretatio ante tertiam damnatam adebat, & negabatur à pluribus ut falsa, à nemine ut improbabilis. Secundo dico, quòd si syllogismus allatus *num. antec.* est evidens, aut saltem certus ut puto, tunc sententia tuens talem in Episcopis facultatem quoad occultos, numquam fuit probabilis, eò quia habebat principium certum contra se. Quia verò syllogismus illum adeo obvium, & pa-

tentem video à plurimis negari esse certum, nempe tum à Patronis tuentibus opinionem faventem Episcopis quoad absolutionem ab occultis; tum à negantibus eam opinionem esse veram, simul tamen tuentibus esse certò probabilem; ideo ob utrorumque auctoritatem suspicor eum syllogismum fortè non esse certum, etsi mihi certus videatur, & tunc dico, quòd si dictus syllogismus non est certus, sententia affirmans in Episcopis facultatem quoad occultos contra Cœnæ Bullam casus, non tantum est probabilis, sed videtur certa, eò quia certum est Tridentini indultum, & ut supponitur, revocatio non est certa. Vel ergo revocatio est certa, & tunc opinio, stans pro Episcopis quoad occultos est improbabilis: vel non est certa? & tunc eadem opinio, quia nixa certo indulto, erit certa. Ita discurrere placuit: etsi ego putem opinionem stantem pro Episcopis esse certò falsam, ob syllogismum mihi certum fundatum in textu Bullæ Cœnæ revocantis, & in textu Tridentini olim concedentis eam Episcopis facultatem. Quòd si dubitem ob auctoritatem tot Doctorum eum syllogismum esse certum, tunc licebit sequi opinionem stantem pro Episcopis, incerto ut supponitur à Bullâ Cœnæ quoad occultos revocatam.

Hinc ignoro, cur P. Cardenas, & P. Noni-
guezira velint, quòd opinio stans pro Episcoporum quoad occulta facultate, sit hodie
245. post tertiam damnatam improbabilis: cum, ut
P. Card. P. Neg. dixi, si talis est, est ob certitudinem syllogismi, qui eam interpretationem à damnata asseritam destruit. Qui syllogismus aderat ante damnatam, immò ipsa damnata eum supponit: ergo opinio stans pro Episcopis, vel ante tertiam damnatam, est certò improbabilis; vel non est post illam.

Similiter ignoro, quid plus emolumenti N. trahat opinio negans, sententiam stantem
246. pro Episcoporum auctoritate quoad occulta crimina contra Bullam Cœnæ, esse probabilem. Do enim non esse probabilem ut puto, etsi ob extrinsecam ejus sententiæ probabilitatem, hoc asserere vix audeam: sanè si non est probabilis, est ob syllogismum, ut dixi, non aliunde; cum ipsa damnata eam interpretationem casuum in publicos, & occultos à syllogismo rejectam, supponat, ut veram. Do, inquam, non esse probabilem: quid tum? Sanè apud omnes omnino indubitatum est, quòd Episcopi saltem possint, non tantum occultos, sed etiam publicos contra Bullam Cœnæ casus absolvere, quoties qui deliquit impotens est personaliter Papam adire: hic enim non tenetur mittere
vel

vel Procuratorem, vel epistolam pro absolutione, ut docent M. Donatus *tom. 1. part. 2. pag. 69. n. 11.* Felix *n. 3345.* P. Tambur. *tom. 2. pag. 62.* P. Mendo in *Epitome verb. Reservati casus n. 40.* Neusser *d. 116. qu. 6.* Diana *part. 12. n. 2. resol. 24.* & alij passim. Addit Felix, quod si commodè fieri posset, nec ullum esset infamiae periculum, scribi posset ad Romanam Pœnitentiariam.

N. Porro pro legitimè impeditis adire personaliter Romam recensentur ex jure Canonico *lib. 5. de Sent. excomm. cap. Quamvis, & cap. De castro,* & alibi, omnes familiari sibi morbo laborantes, nempe podagra, cœcitate, senectute, membrorum debilitate, &c. omnes gravi inimicitia innodati, probabile mortis periculum prudenter timentes: omnes foeminae ob sexus fragilitatem: omnes impuberes: omnes qui sui juris non sunt: omnes tantâ rei familiaris inopiâ laborantes, ut non nisi mendicando iter suscipere possint: omnes notabili temporali, aut spiritali damno obnoxij, ut sunt qui habent officium publicum, quod sine gravi damno dimitti non possit: omnes qui suo labore familiae suae victum comparant. Breviter, omne illud est legitimum impedimentum, ob quod delinquens, si iter Romanum susciperet, se exponeret aut suos periculo probabili vitæ, aut famæ, aut alij gravi corporis aut animæ damno, ut rectè Neusser *l.c.*

Neusse. Nota autem quod impedimentum potest esse perpetuum, & non perpetuum. Si est perpetuum, qui absolvitur ab Episcopo, absolvitur directè pro utroque foro à casibus publicis Papæ sive à jure, sive ab homine, etiam in Cœnâ Domini, & hæresis reservatis, ait Felix *n. 3347.* & M. Donat. *l.c.* ex P. Tambur. *l.c. pag. 62. qu. 59.* ex P. Pellizar. de Monialibus *cap. 9. n. 26.* & alij communiter. Si verò impedimentum non sit perpetuum, tenetur quis, elapso eo impedimento, presentare se Pontifici saltem per Procuratorem, ait Felix *n. 3350.* non ut absolutionem obtineat, cum jam sit directè, & plenè absolutus, sed ut Papæ hoc præcipienti obediat. Notandum quoque, quod si quis sit impeditus non tantum adire Papam, sed etiam adire Episcopum, tunc ille, ait P. Palao, & alij, poterit à quolibet legitimo Confessore à dictis casibus publicis in foro conscientiae absolvi. Hoc tamen negat Felix, Leander *n. 2. de Centuris d. 17.* & alij. An verò hæc doctrina de impedimentis quoad Papam adeundum, teneat proportionaliter in casibus reservatis ab ipsis Episcopis, ita ut qui est legitimè impeditus adire Episcopum, possit à legitimo Confessore

tunc absolvi à reservatis per Episcopum, C. de negat. C. de Lug. Matr. *d. 21. n. 232.* Felix *n. 3353.* e contra affirmat P. Palao, P. Tambur. *tom. 2. lib. 5. cap. 12. n. 35.* & alij. P. Palao

Modo ad me redeo. Si cererum est quod Episcopi possunt omnes dictis impeditis innodatos absolvere ab omni casu non tantum occulto, sed etiam publico contra Cœnæ Bullam: rursus, si certum quoque est, valdè paucos esse illos, qui contra Cœnæ Bullam deliquere, qui non sint aliquo ex dictis impedimentis irretiti, consequenter casus contra Cœnæ Bullam erunt plerumque jurisdictionis Episcopalis, et publici sint. Quod ergo emolumentum, ob quod neganda sit probabilitas sententiæ terti Episcopos posse absolvere ab occultis: Ergo vel sententia stans pro Episcopis quoad casus occultos, fuit semper etiam ante tertie damnationem certò probabilis, quod nemo, quem viderim, dicit; vel si non fuit, etiam nunc post eandem tertiam non est probabilis.

Hæc dixi, quia ego ejus genij sum, quem diuturna pluribus in Regionibus experientia me docuit. Malo potius, quoties res lubite est, nec quid certum ex neutra parte habetur, stare semper pro ampliatione jurisdictionis Superiorum, præcipue Episcoporum, quam pro limitatione. Equidem ea est nature nostræ indoles, ut quos potiores tam ad præmia, quam ad poenas conspicimus, eos veneremur magis, & magis vercamur, quam quos in atpera faciles, in indulgentias limitatos experimur. Sanè ut humane politæ exempla subiticeam, que ministris suis magnâ tamen ponderatione selectis, maiores sæpe, etiam supra characteris meritum, & secretas committunt facultates, mihi præsto, & satis est prudentissimus S. P. Ignatius, qui electis à se Superioribus, liberalior erat in ampliatione, quam in limitanda facultate: ea ductus ratione, quod quò maiori Superior immediatus autoritate præstat, eò eum subditi melioribus oculis intuentur: quin ipsimet infimis inter Superiores Superioribus ita favebat, ut eorum maiores moneret, ne se eorum officijs immiscerent, ut perfectè munus suum obire possent: quòd si aliquis facultate suâ abuteretur, punienda erat responsa-tens, non officium, cui facultas desponsabatur. Cùm ergo per autoritatis in Superiore limitationem subditi nequaquam meliorentur, quin conquisitis & adfectis in subsidium optimis doctrinis, pessimè tamen applicatis, deteriores, nescio cur hodie aliqui ex negantibus facultatem absolventi occulta in Episcopis eò ulque progressi sint.

ut dicant oppositâ stantem pro tali facultate Episcoporum negent esse probabilem: immo eo usque progressi, ut quam negant hodie in Episcopis facultatem quoad tuos, abtolvendi occulta contra Coenæ Bullam, eandem hodie quoad tuos concedunt Prælati Regularibus. Quare vel neganda, admissa à Felice n. 3424. in Prælati Regularibus, quoad tuos hæc facultas, ut rectè P. Moya tom. 1. pag. 327. n. 6. vel affirmanda certò probabiliter eadem in Episcopis facultas quoad tuos. Non ergo stat morum reformatio in limitandâ Superiorum sive Ecclesiasticorum, sive Regularium facultate, sed in Superiorum electione; qui si prudentes sint, maturè procedent in usque facultatis usu, maturè in communicandâ paucis, & quidem selectis viris facultate; maturè in non manifestandâ, nisi dum opus est, autoritate, quâ potiuntur. Hoc pacto Episcoporum Ecclesiæ Principum, & Prælatorum Regularium dignitati prospicietur; & lapsi habebunt, cui scelera sua fiducialiter committant.

N. 251. Adverte, mi Lector, me hæc in disputatione nonnulla de hæresi externâ delibasse; nam interna ab omnibus absolvi potest: nec eandem materiam dilatare decrevi, eò quia ad manus sunt gravissimi Doctores, qui plenâ manu hoc ditendunt, & distent; tantò magis quòd hæreses externæ ad diversum forum pertinent, & quidem pro Regionum diversitate diversum: neque idem ubique Inquisitionis Tribunal, eademque facultas. Nam ut fidem meam liberem, satis erit perpendere Hispanam Inquisitionem, quæ maioribus præ alijs Inquisitionibus gaudet privilegijs: Hispani enim Inquisitores absolvere possunt ab hæresi occultâ, non tantum in foro judiciali, & externo, sed etiam in foro conscientie: non ita alijs Inquisitores; ait Carena part. 2. tit. 2. §. 7. n. 61. Diana 1. p. tr. 5. ref. 4. & p. 8. tr. 7. ref. 50. Felix n. 3341. Vnde verò in Inquisitoribus Hispaniæ tanta facultas? Sunt qui ex speciali privilegio derivari; sunt qui ex consuetudine; & Sedis Apostolicæ permissione, ne conversio hæreticorum occultorum retardaretur occasione Romani itineris. Porro hæc facultas absolvendi ab hæresi externâ occultâ non tantum ipsi Tribunali Hispaniæ Inquisitionis, sed cuilibet Inquisitori seorsim competit, adeo ut quilibet possit cuicumque Confessario eam facultatem committere: ut enim Inquisitor hanc facultatem exerceat, & committat, necesse non est ut Sacerdos sit, quia hæc facultas concessa est Inquisitori ratione sui officij, non ratione Ordinis Sacra-

dotalis, quo non eget ut censuram tollat, aut alteri tollendam communicet: quâ sublatâ, hæresis poterit ab omni Sacerdote absolvi; nam peccata ratione censuræ reservata, si hæc tollatur, possunt ab omnibus absolvi. Hæc ferè ad verbum Felix l. c. P. Dica. cast. de Censuris tr. 10. dub. 12. & alij.

S E C T I O X.

De Capitulo Sede vacante.

§. I.

Quid possit in Regulares approbato?

S U M M A R I U M.

Status questionis, n. 252. 253.

DD. stantes pro jure Capituli, quòd Regulares approbato possit examinare, n. 253.

Non sunt nisi duo, quin nec duo; ibid.

Capitulum per Vicarium a se electum approbare potest Confessores, n. 254.

Rationes dictorum DD. ibid.

Dicunt Clementis IV. Decretum revocatum: & sicut Capitulum potest approbare, ita & revocare licentias, ibid.

Dicunt potestatem approbandi Regulares esse ordinariam Episcopi, & ideo transire ad Capitulum, n. 255.

DD. negantes, n. 256.

Ait quòd etsi de jure communi Capitulum hoc possit, derogatum tamen a Clemente IV. n. 257.

Clausula ejusdem Clementis, ibid.

Negant jus approbandi Regulares esse ordinarium Episcopi, sed delegatum, ibid.

Clemens X. decidit, quòd novus Episcopus revocare possit approbationes Antecessorum, ibid.

M Ovi hoc dubium supra n. 213. & huc N. 252. transtuli fusiori calamo, quæ breviori conceperam, tantò magis, quòd hæc materia familiari Episcoporum morte quotidie ob oculos versatur, & quòd magis est, acerbis contentionibus fit illustrior, & infelicio. Quæritur igitur, an Capitulo, Sede vacante, insit jus examinandi Regulares ab Episcopo demortuo approbato, sive sine causâ, sive cum novâ causâ, eo modo quò subsequens Episcopus potest absolute, etiam non accedente novâ causâ ex parte Regularis, sed pro suo libito, & sui muneris officio examinare, approbare, reprobare, limitare facultatem absolvendi sæculares ab alio Episcopo Regularibus concessam?

Duos dumtaxat reperio Doctores, qui militant pro jure Capituli, Sede vacante, (de hoc enim semper loquor, ne cæties repetam;) nempe

neimpe Episcopum Barbatrensem in suo Pastoralis Regularium parte 2. qu. 20. a n. 25. alio nomine; Frances de Orrutigoiti; & Mag. Hyacinthum Donatum tom. 3. tr. 4. qu. 28. pag. mibi 40. qui licet aliquem in propria rationis favorem citent, neminem tamen in favorem suę conclusionis; nec unum cum alio confundi debet: vulgare enim est, ut Doctores idem antecedens aut rationem concedant, & contradicant in conclusione. Quin si rem considero, neuter stat pro Capitulo: ait enim M. Donatus, quod Capitulum, si adfit justa causa, possit revocare facultatem. At hoc non est ad rem; non enim questio est, an si adfit justa causa; sed questio est absoluta, quid possit Capitulum de jure suo: eo modo, quo, quid possit de jure suo Episcopus de novo succedens, qui, si ve adfit, si ve non adfit nova justa causa ex parte Regularis, ob quam motivum revocandi dedit, potest absolute, etiam nulla presente nova causa, revocare facultatem, quam ab Episcopo demortuo habuerunt? Quod enim, superveniente nova causa, possit Episcopus revocare ipsam, quam ipse dedit Regulari, facultatem, ex Clemente X. est prorsus certum. Similiter nec Barbatrensis stat; quia tandem num. 42. concludit dicendo: Judico utramque sententiam esse probabilem tum autoritate, (& tamen neminem, nisi pro sua ratione, non pro sententiā citat) tum ratione. Censeo tamen hodie in praxi sequendam, que distinguit inter licentias limitatas, & illimitatas datas. De illimitatis ait non posse ab Episcopis, nec Ordinariis sine justa causa revocari, eosque illimitate approbatos non posse ad examen vocari. De limitatis ait posse, etiam sine causa. Hęc Episcopus, qui absolute negat facultatem ipsis etiam Episcopis revocandi facultates illimitatas sine justa causa; quanto magis negabit Capitulo? Rursus concedit licentiam Episcopis tantum quoad revocandas etiam sine causa licentias limitatas: ergo Capitulo ad summum conveniet facultas revocandi, etiam sine causa, licentias Regularium limitatas.

N. Probat M. Don. 1. quia Capitulum de jure communi potest omnia, que Episcopus de jure ordinario, paucis exceptis; sed Episcopus revocare potest de jure ordinario facultatem Regularibus concessam: ergo & Capitulum. Secundo, quia Vicarius a Capitulo electus potest approbare Confessores, ut tuetur cum pluribus Barbof. in Collect. ad Trid. sess. 23. de Ref. c. 15. n. 28. ergo potest revocare facultates ab Episcopo mortuo concessas. Tertio, quia Bulla Clementis IV.

Tridem.
Barbof.
Clem.
IV.

in qua DD. oppositi fundantur, derogata fuit a Tridentino revocante omnia privilegia, quibus Regulares ab approbatione Episcopi eximebantur: ergo Regulares approbari debent a quolibet Ordinario, adeoque a Capitulo Sede vacante, quod venit nomine Ordinarij; alias nec a sequenti Episcopo approbandi forent.

Probat Frances n. 25. qui ait: Pace tunc N. torum virorum (nempe contrariorum) dico, 255. quod Capitulum revocare possit licentias Regularibus concessas, & vocare ad examen, eo modo, quo Episcopus successor explicat autem, ne equivocis sit locus, an facultas a jure concessa vocanda sit ordinaria, an delegata, ut inter alios vult Barbof. & respondet, quod si ea facultas non nitatur aliquo jure antecedenti, dicenda sit delegata; si autem a novo jure confirmetur, dicenda sit ordinaria. His positus, ita arguit quia Tridentinum vetat nequis Regularis audire possit confessiones sine approbatione Episcopi: ergo jus approbandi est indivisum ab officio Episcopi; ergo est ordinarium respectu Episcopi: sed potestas conveniens Episcopo de jure ordinario transit in Capitulum; ut plerique docent, ait n. 21. quibus addo Episcopum Campanil. in sua Divesoria Juris Canonici Rubrica 12. cap. 13. n. 74. pag. mibi 738. qui ex hoc principio inferunt, quod Capitulum medio Vicario a se electo examinare, & approbare possit Confessores; immo ex eodem principio, inconsequenter tamen, P. Pelizar. tom. 2. in Man. Regul. tract. 8. cap. 4. n. 7. intulit Regulares nequire in suis Ecclesijs concionari, nisi petita a Vicario Capitulari benedictione, eo quia hec potestas conveniebat Episcopo de jure ordinario, & ideo transit ad Vicarium Capitulari: ergo potestas examinandi Regulares transit ad Capitulum. Confirmat; quia Episcopus subsequens potest revocare facultates ab Episcopo demortuo concessas; ergo etiam Capitulum intermedium.

Verumtamen pro opposita sententiā negante Capitulo jus examinandi, & approbandi Regulares ab Episcopo demortuo approbatos, stant ferē omnes DD. inter quos quinque insignes Lusitani, Barbof. de Præf. rest Episc. part. 2. allegat. 25. n. 49. P. Fr. Pignandez in 2. Ecclesia precept. lib. 7. cap. 2. n. 28. P. Suar. junior tract. 2. de Penit. d. 2. n. 251. P. Nogueir. d. 14. Crm. sess. 2. Syl. p. Sum. ventura novum Carmelitane Familie Iudus p. Nov. Opusculo 2. res. 23. n. 96. qui præter alia. Syllabus Clementis IV. Breve alia citat. Accedit his P. Dicastillo tr. 8. de Penit. d. 10. num. 321. Bossius de Triplici Jubilæi Privilegio

fest. 3. casu 2. §. 1. pag. mihi 185. editionis Mediolanensis, dicens: Solus autem successor in dignitate, & jurisdictione, non in solâ jurisdictione, ut est Capitulum Sede vacante, seu ejus Vicarius Generalis, potest Regulares semel approbatos vocare ad examen, vel reprobare: ita Clemens IV. & si fiat revocatio, nullus est momenti. Hæc

P. Suar. Bossius. Accedit quoque Magnus Suarez, qui in unâ suâ à me lectâ ante quadrimum epistolâ, negat convenire Capitulo jus examinandi dictos Regulares. P. Pellizar. in

P. Peliz. Manuali Regul. tom. 2. tr. 8. c. 2. n. 44. pag. 268. P. Leurenus quest. 484. in suo Vicario Capitulari, qui quidquid respicit Capitulum Sedis vacantis expedite exhaurit; illust. Fermosinus Astorgæ Episcopus in suo Tractatu de Capitulo Sede vacante, dicens qu. 21. n. 6. Regulares ab Episcopo defuncto approbati, ita esse approbatos, ut non possint à

M. Pass. Capitulo reprobari juxta praxim; M. Passerinus, vir fundatæ doctrinæ tom. 2. qu. 187. à n. 300. ad 321. qui nerve è diluit argumenta Barbastrensis, & M. Donati: omitto quos sequitur, & citat Diana tom. 3. tr. 2. ref. 27. & tom. 4. resol. 48.

N. Fundantur hi Doctores 1. quia etsi Capitulum, quantum à jure conceditur, ut patet ex cap. Episcopus. revocare possit dictas approbationes Regularibus à demortuo Episcopo concessas, huic tamen juri à Clemente IV. anno 1265. derogatum est: cum enim Regulares dubitarent, num Sede vacante concionari, & confessiones audire possent, Clemens, cujus verba refert M. Sylvest. verb. Confessio, M. Passer. M. Donatus, & alij, respondit: *Vestris supplicationibus inclinanti presentium vobis autoritate concedimus, ut in hujusmodi casu possitis uti tamdiu libere prædictâ licentiâ, donec viduatis Ecclesijs provisorium fuerit de Pastore: ergo sive Capitulo in fit jus examinandi Regulares approbatos, sive non, certum ex Clemente est, eos esse exemptos, donec subintret in viduatam Ecclesiam Pastor novus: ex quo patet, quàm frivola sit instantia eorum, qui ex eo quod novus Episcopus possit approbatos à demortuo Episcopo Regulares examinare, ut definit Clemens X. interunt hoc posse Capitulum: cujus Capituli facultati derogavit Clemens IV. donec de novo Pastore provideatur. Dicere autem huic Clementing Bullæ derogatum, est dicere, tum falsum, tum incredibile: falsum, quia Tridentinum*

sess. 23. cap. 15. pure revocat privilegia, quibus Regulares se eximebant ab approbatione Episcoporum, nulla prorursus mentione factâ de Vicarijs aut Capitulo:

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausulæ Clementinæ fiderent, eique inhærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modo citatis à me DD. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententiæ Patroni in opposito principio, præcipuè M. Passerinus, M. Pass. volens quod jus approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegatâ, adeoque non transit ad Capitulum. Suedet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo abolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest instituere Parochos, quos tamen non potest tollere.

M. Sylv. Clemens, cujus verba refert M. Sylvest. verb. Confessio, M. Passer. M. Donatus, & alij, respondit: *Vestris supplicationibus inclinanti presentium vobis autoritate concedimus, ut in hujusmodi casu possitis uti tamdiu libere prædictâ licentiâ, donec viduatis Ecclesijs provisorium fuerit de Pastore: ergo sive Capitulo in fit jus examinandi Regulares approbatos, sive non, certum ex Clemente est, eos esse exemptos, donec subintret in viduatam Ecclesiam Pastor novus: ex quo patet, quàm frivola sit instantia eorum, qui ex eo quod novus Episcopus possit approbatos à demortuo Episcopo Regulares examinare, ut definit Clemens X. interunt hoc posse Capitulum: cujus Capituli facultati derogavit Clemens IV. donec de novo Pastore provideatur. Dicere autem huic Clementing Bullæ derogatum, est dicere, tum falsum, tum incredibile: falsum, quia Tridentinum*

sess. 23. cap. 15. pure revocat privilegia, quibus Regulares se eximebant ab approbatione Episcoporum, nulla prorursus mentione factâ de Vicarijs aut Capitulo:

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausulæ Clementinæ fiderent, eique inhærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modo citatis à me DD. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententiæ Patroni in opposito principio, præcipuè M. Passerinus, M. Pass. volens quod jus approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegatâ, adeoque non transit ad Capitulum. Suedet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo abolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest instituere Parochos, quos tamen non potest tollere.

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausulæ Clementinæ fiderent, eique inhærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modo citatis à me DD. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententiæ Patroni in opposito principio, præcipuè M. Passerinus, M. Pass. volens quod jus approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegatâ, adeoque non transit ad Capitulum. Suedet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo abolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest instituere Parochos, quos tamen non potest tollere.

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausulæ Clementinæ fiderent, eique inhærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modo citatis à me DD. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententiæ Patroni in opposito principio, præcipuè M. Passerinus, M. Pass. volens quod jus approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegatâ, adeoque non transit ad Capitulum. Suedet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo abolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest instituere Parochos, quos tamen non potest tollere.

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausulæ Clementinæ fiderent, eique inhærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modo citatis à me DD. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententiæ Patroni in opposito principio, præcipuè M. Passerinus, M. Pass. volens quod jus approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegatâ, adeoque non transit ad Capitulum. Suedet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo abolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest instituere Parochos, quos tamen non potest tollere.

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausulæ Clementinæ fiderent, eique inhærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modo citatis à me DD. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententiæ Patroni in opposito principio, præcipuè M. Passerinus, M. Pass. volens quod jus approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegatâ, adeoque non transit ad Capitulum. Suedet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo abolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest instituere Parochos, quos tamen non potest tollere.

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausulæ Clementinæ fiderent, eique inhærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modo citatis à me DD. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententiæ Patroni in opposito principio, præcipuè M. Passerinus, M. Pass. volens quod jus approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegatâ, adeoque non transit ad Capitulum. Suedet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo abolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest instituere Parochos, quos tamen non potest tollere.

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausulæ Clementinæ fiderent, eique inhærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modo citatis à me DD. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententiæ Patroni in opposito principio, præcipuè M. Passerinus, M. Pass. volens quod jus approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegatâ, adeoque non transit ad Capitulum. Suedet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo abolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest instituere Parochos, quos tamen non potest tollere.

§. II.

Notanda.

SUMMARIUM.

Judico facultatem approbandi Regulares convenire Episcopis vi sui officij. Cur? n. 258.

Etsi Regulares olim non nisi à suis Superioribus presentati absolvent, non sit non esse subiectos Episcopis, ibid.

Capitulum potest Confessores non Regulares prius approbatos iterum approbare, n. 259.

Potest quoque Regulares approbatos elapso approbationis tempore, ibid.

Potest etiam numquam approbatos approbare, ibid.

An Regulares in propria Ecclesia possint, non petita à Vicario Capitulari veniâ, concionari, ibid. & 275.

Nisi dicatur facultatem approbandi Regulares ad confessiones, & conciones, esse in Episcopis ordinariam, plura, quæ Capitulum jure facit, erunt injusta, n. 259.

Nisi jus examinandi Regulates approbatos distinguatur a jure examinandi eorum licentias, perpetua Capitulum inter, & Regulares discordia, n. 260. 261.

Etsi Capitulo daretur jus examinandi personas, nil inde utilitatis, n. 261.

Capituli studium esse debet præsertim in examinandis approbationis literis, ibid.

EGo cenleo 1. facultatem approbandi N. Confessarios convenire vi sui officij 258; Episcopis territorium habentibus; undecumque facultas absolvendi proveniat, sive

vi Ordinis, ut vult Tridentinum, sive à Pontifice, ut communiter dicitur de Regularibus, sive ab Episcopis, ut in Ecclesiasticis. Si enim Parocho vi sui officij convenit providere suo gregi, & Sacramenta administrare, cur non conveniet Episcopo proportionata ad suam dignitatem vigilantia, quâ gregi suo, & multo magis sui gregis Pastoribus, inter quos nemo magis necessarius, quam Confessarij, prospiciat? num eâ scientiâ, & morum honestate floreat, quâ animarum Pastores decet? Rursus, si vi sui officij convenit Episcopis jus examinandi suos Ecclesiasticos ad Confessarij munus electos, cur eadem facultas ex vi sui officij non conveniet Episcopis respectu Regularium ad audiendos sæculares destinandorum? Sanè sublato Papâ, tota Ecclesiâ jurisdictione in Episcopis concluditur: si ergo Episcopi à Papâ jure sui officij eligendi, & approbandi, & examinandi sunt, tamquam Pastores gregis Catholici, (nisi Papa clementer huic juri cedat) quâ vel levi apparentiâ negabitur inesse vi sui officij Episcopis jus examinandi, & approbandi omnes, & quoslibet etiam Regulares, sui gregis Pastores? Ergo licet olim Regulares cum solâ suorum Prelatorum præsentatione possent absque aliâ Episcopi approbatione sæculares absolvere, non sit, quòd de jure ordinario non essent approbandi ab Episcopis quoad suas oves; erant enim approbandi, sed sit, quòd à tali lege ordinariâ fuere exempti à Pontificibus; quin si fuere ab eâ exempti, infertur talem legem, & jus in Episcopis adfuisse. Quare tota Regularium exemptio ab Episcopis est quoad suos absolvendos, non quoad oves Episcopi. Confirmo: Vix est, qui neget, quòd Capitulum Sede vacante per Vicarium à se electum possit ad examen vocare Ecclesiasticos, etsi ab Episcopo demortuo approbatus; vix, quòd possit ad examen vocare Regulares post elapsam approbationis tempus; vix quòd conferre possit auctoritatem absolvendi non approbatus, sive Regularibus, sive sæcularibus, numquam antea approbatus: immò, ait P. Pellizarius, Capitulum habet jus, ne quis Regularis concionetur in suâ Ecclesiâ, nisi à Vicario Capitulari benedictionem petat. Rogo, unde hæc in Capitulo jura, nisi quia, ut plerique docent, quos sequitur Episcopus

N.
259.

P. Peliz.

Camp.

in suo *Diversorio Juris Canonici Rubricâ 12. cap. 13. n. 74. pag. mibi 378.* & P. Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 4. n. 7.* nisi quia, inquam, tota jurisdictione, quæ de jure ordinario conveniebat Episcopo, convenit Capitulo Sede vacante? Si ergo hæc admit-

tantur juridicè facta à Capitulo, eo ipso clarè infertur eam jurisdictionem fuisse in Episcopo ordinariam. De cætero prodatur ratio, in quâ jus commune dans Capitulo talem facultatem fundetur: ergo planum est, quòd qui Capitulo negant facultatem examinandi Regulares à demortuo Episcopo approbatus, eo quia non conveniat Episcopis de jure officij facultas examinandi Regulares, sed tantum ex jure delegato à Tridentino, quasi Tridentinum nequiret confirmare jus competens Episcopis jure officij, non bene negare. Tota ergo negandi ratio est privilegium à Clem. IV. concessum, quo exempti fiunt ab examine Capituli.

Centeo 2. hanc questionem, an in Capitulo jus examinandi Regulares approbatus, si confusus jure procedatur, hinc perennem discordiarum venam; si distinctus, fore utilissimam. Patet. Fac enim ut Vicarius Capitularis vocet ad examen Regularem approbatum, fixus, quòd habeat tale jus regulabit Regularis fixus quoque suo juri. Instabit Vicarius dicens, omnem ordinariam demortui Episcopi potestatem ad Capitulum transisse; negabit Regularis, sive quia dicit potestatem approbandi Regulares non convenire Episcopo de jure officij, sed ex jure à Tridentino aut Papâ delegato; sive quia admittit adhuc eâ potestate tamquam ordinariâ in Episcopo, & delegatâ in Capitulo, dicit privilegium sibi à Clemente IV. concessum, quo eximitur à tali Capituli jure. Reponat Vicarius sublato à Tridentino dictum privilegium: negabit Regularis, nam Tridentinum unice subjicit Regulares approbationi, & examini Episcopi, non vero Vicario Capitulari. Replicabit Vicarius, quòd cum habeat tum jus examinandi Confessores sæculares approbatus à demortuo Episcopo, tum Regulares non approbatus, quorum approbatio, & facultas expiravit, cur non habeat quoad Regulares approbatus? Fatebitur Regularis eam in Vicario potestatem quoad sæculares approbatus, & Regulares non approbatus, aut quorum tempus expiravit; negabit quoad Regulares approbatus, fixus, & nixus Clementis privilegio, cui ferè omnes Theologi, & DD. nituntur. Urgebit Vicarius sibi tantam potestatem convenire, quam subsecuturo Episcopo, qui potest omnes Regulares etiam illimitatè approbatus ab Episcopo antecessenti examinare. Negabit Regularis: & adhuc concessâ tantâ facultate, renuet examen, eò quia Clemens eum eximit ab examine Capituli, non ab examine Episcopi futuri, ut expressè innuit.

En

N. 261. En numquam absolvenda Capitulum inter, & Regulares lis, si confusè procedatur; quilibet vincet, nemo vincet. En non alius in hac juriū contentionē proventus, quam uberrima jurgiorum, quin & scandalorum teges, quæ scandala eo maiorem fument augētū, quo neglecto omni prudenti arbitrio ad minas, & terrores procedatur, arreptā inde injustā, ut dicent Regulares, a Capitulo causā, quod Regulares approbati examē negligant; quas tamen minas velut injustas Regulares despicient, fixi, & nixi Clementis privilegio, quod fuisse concessum certum est; fuisse derogatum, certum non est; immo ei ferē omnes Doctores, ut certo subfistenti, nituntur. Nisi ergo vel Sedes Apostolica illi privilegio deroget, vel definiat inesse Capitulo tale jus; vel à nobis certum aliquod jus statuatur in Capitulo, à quo nullo prætextu privilegij subducere se possint Regulares approbati, jus illud examinandi Regulares approbatos, quod Capitulum præterdit, temper sub lite erit, & à Regularibus negabitur vi sui privilegij. Accedit, quod adhuc dato hoc examinandi Regulares approbatos jure in Capitulo, vix quid in Capitulo utilitatis? Vel enim Regulares fuere à mortuo Episcopo illimitatè approbati, vel limitatè? Si illimitatè, hi paucissimi sunt, & plerūque sunt viri vitæ & doctrinæ probitate clari, & quoad hos Capitulum facillè submittere potest suum judicij judicio Episcopi demortui eos illimitatè approbantis, quin veniatur ad juriū contentionem, de posse & nō posse Capituli, de posse, & non posse Regularium: quare cum his Vicarius dissimulare prudenter poterit suum jus, ne in dubium vocetur. Si sunt limitatè approbati, ut solent plerique esse, abs dubio plerūque approbatio paucos intra dies expirabit, quibus absolutus, si profecti velint in audiendo sæculares, debent se Vicario sistere, examinandi, & approbandi, quin pro modico tempore juriū tumultus excitetur. Quare laudarem ut totus rigor & conatus & diligentia foret in adnotando ad unguem approbationis loco, tēpore, personis, aliisque circumstantijs, sub quibus dicti Regulares approbati fuere: in his enim prudentissimum instat periculum ne approbationis limites prætergrediantur, & in hos severè animadvertendum. Modicā igitur prætenti juris dissimulatione totum facillè componetur; juriū contentionē, numquam, nisi à Romanā Sede paretur antidotum.

Tom. III.

§. III.

Mea mens.

S U M M A R I U M.

- Do Capitulo jus convocandi Regulares, etiam illimitatè approbatos, & examinandi approbationis litteras. Nego jus examinandi personas, 262.*
- Mea conclusio favet, tum Capitulo, tum Regularibus, ibid. & n. 266.*
- Capitulum Sede vacante est dominus gregis secularis, eique convenit jus defensionum sui gregis, n. 263.*
- Hoc jus convenit Capitulo vi sui officij, n. 264. Prudenter eo utendum, ibid.*
- Regulares huic juri resistentes peccant mortaliter, ibid.*
- Do Regularibus approbatis indultum, ne a Capitulo examinentur, n. 265.*
- Clementis IV. Bulla vix negari potest, ibid.*
- Non omne jus ordinarium Delegantis transit in personam delegatam, ibid.*
- Regulares a mortuo Episcopo ad tempus approbati possunt a Capitulo examinari, ibid.*
- An Breve Clementis IV. sit certum, n. 266. & 275.*
- Nil certi dicitur, & eterna rixa, non distincto jure examinandi personas a jure examinandi licentias, n. 267.*
- Quam antiqua Episcopos inter, & Regulares querela, n. 268.*
- Monachi olim erant in totum subiecti Episcopis. Et primus, qui eos exemit, fuit magnus Gregorius, ibid. & 269.*
- Iterum subiecti Episcopis, & iterum exempti, ibid.*
- Clemens X. litem terminavit, ibid.*
- Humana malitia sepe peccatum personale alicujus status facit originale omnium, n. 269.*
- Laudantur impensè tum Ecclesiastici, tum Regulares, n. 270. 271.*
- Papa in Regulares benevoli, n. 271.*

Udico rem facillè componi posse, si distinguatur jus convocandi personas, & 262. examinandi approbationis litteras, à jure examinandi personas, & reprobandi authenticas approbationis litteras. Quod enim ea jura sint diversa, patet ex diversis objectis. Do Capitulo, Sede vacante, jus jurisdictionis convocandi Confessores Regulares, etiam illimitatè à defuncto Episcopo ad secularium confessionem approbatos. Do quoque Capitulo jus examinandi approbationis à Regularibus præhabita litteras. At nego Capitulo idem jus examinandi personas, & revocandi litteras, nisi nova, eaque gravif-

Xx fima

suma ex parte Regularis superveniat causa. En per primam clausulam satis juri Capituli consultum, ut quasi gregis sui Dominus munus suum feliciter obire possit, cognoscendo per authenticas approbationis litteras Regularium doctrinam, & mores, quibus viduatam Episcopo Ecclesiam, & orphanum Ducectis gregem pascere possit. En per alteram clausulam Regularium privilegio consultum, quod concedit, ut Sede vacante liberè ea licentiâ absolvendi utantur, quâ antea. Neque enim litteras approbationis à defuncto Episcopo præhabitas, Vicario Capitulari examinandas subjicere, est se examini subjicere; neque se Capitulo præsentare, est ab eo iterum approbari, ut minus doctè aliqui opinantur.

N.
263.

Quod vero dictum jus vi sui officii competat electo, à Capitulo, Vicario, est mihi innegabile. Primò, quia Capitulo, Sede vacante, incumbit onus prospiciendi Ecclesie suo Pastore viduate. Qui vero huic oneri satisfiat, nisi sui gregis Pastores, inter quos sunt præcipuè Confessores, cognoscat, quâ autoritate gaudeant, quâ vitæ integritate floreat, an cum subreptiis fictisque approbationis litteris, ut nuper in non paucis accidit, absolvant? Secundò non satis ab Ecclesia viduatis suo Pastore Ecclesijs provisum foret, nisi hoc jus convocandi omnes Confessores qualitercumque approbatos quoad seculares audiendos, & examinandi exhibitas licentiâs, Capitulo, conveniret, præcipuè cum Sede vacante facile sit, ut absolvendi incapax Confessorem se simulet. Si ergo ab Ecclesia in re minori provisum Capitulo Sede vacante, quanto magis in hac summi momenti re? Sanè nemo negat Vicario Capitulari inesse jus examinandi, & approbandi de novo omnes seculares Confessores à defuncto Episcopo approbatos: nemo jus examinandi Regulares, vel non approbatos, vel post elapsam approbationis tempus à mortuo Episcopo limitatum: ergo negari nequit quòd Vicario Capitulari in sit jus convocandi omnes Regulares, et si illimitate approbatos, & examinandi licentiâs à mortuo Episcopo præhabitas, nisi dicere velimus posse Capitulum gregem suum committere viris, quos an Pastores, an lupi sint, an sine, an cum, & quali licentiâ absolvant, ignorat. Porro huic suo juri cedere nequit Capitulum, eùm in lege nature fundetur, immò in lege Religionis: urbanissimè tamen, pro more, eo jure utendum, ut in simili dixi de Episcopis *disp. 1. sect. 5* discernendo pro meritorum, & dignitatum differentia Regulares, & rati habendo, ut Re-

N.
264.

ligiosi, vel scripto per suos Prælatos, vel personaliter per se, sistant se Vicario, tantique licentiâs, ab eo authenticè examinandas subjiciant; tanto magis, quòd antiquitus Regulares, ne quidem Episcoporum approbatione egcebant, ut late ostendit præclarus M. Passer. *tom. 2. pag. 33. an. 128.* re-
latis plurimis Pontificum Bullis, hodie tamen à Pontificibus successibus revocatis quorum Brevia; nempe Urbani VIII. & Innocentij idem magister, nec non alij, inter quos Barbastrensis, & Frasso de Regno Indiarum Patronatus cap. 72. pag. mibi 194. ob contentiones in Indijs inter Illustrissimos Archiepiscopum Angelopolitanum & Notros exortas, trahunt. Cùm ergo huic Vicario Capitulari juri convocandi personas, & examinandi licentiâs facultatum sit obsequi Regularibus, intracto adhuc eorum privilegio, non video qualiter Regularis aliquis licentiâ obfistere possit: quin non video qualiter obfistens à culpa mortali excusari possit; eò magis quòd si tali æquissimo Capitulari juri obfistat, an sanè dabit scandalis, & jurgijs, & ne Capitulum pacificè munus suum obire possit, nisi clausis oculis, & omnium qui se approbatum vendit indifferenter admittat, si ve sit, si ve non sit. Tenentur ergo Regulares huic jurisdictionis juri, conventioni personarum, & examinatio licentiârum, sub gravi parète: neminemque arbitror, qui nisi inuicibus, inobediens, & ineligibilis audiri velit, ei juri resistitur. Hoc jus do Capitulo Sede vacante.

Do Regularibus illimitatè approbatis N. (quandoquidem sunt plerique Theologi, 264. qui stant pro sententiâ tunc, posse Regulares ab Episcopo demortuo approbatos absolvere seculares Sede vacante, abique eò quòd à Vicario Capituli de novo approbentur), do, inquam, perpetuam, Sede vacante, privilegij sui integritatem: tum quia constat hoc privilegium fuisse concessum, non constat esse revocatum; tum quia illud ipsum privilegium ad paucos menses protrahi solet, usquedum succedat in eandem Sedem novus Episcopus, quo substituto, nil valet; tum quia difficillimè probatur, quòd potestas approbativa Regularium sit ordinaria Episcoporum, atque adeo foret ordinaria in Episcopis; ut ego puto, adeo ut, si Regulares à Pontificibus, à tali Episcoporum approbati jure exempti non fuissent; fuissent ab ipsis Episcopis examinandi in ordine ad audiendas oves Episcopis non inde sequitur quòd simile jus approbandi Regulares transeat ad Capitulum Sedis vacan-

vacantis: illud enim jus convenit Episcopo, ut Episcopo, & est jus fundatum in dignitate Episcopali, qua caret Vicarius Capitularis. Patet hoc in pluribus. Numquid, quia mortuo Papa succedit in Ecclesie regimine Collegium Cardinalium, dicemus huic Collegio de potestate delegata convenire infallibilitatem, & omnem in hominis intellectum, & voluntatem jurisdictionem, vel potestatem creatricem Cardinalium? Numquid Concilium Regium habet ex potestate sibi delegata omne omnino jus, quod de jure ordinario convenit Regi? Non sane: quia plura jura sunt alligata tali dignitati, quae si deficiat in alio, eo jure ne quidem ex potestate delegata frui potest. Dixi me dare privilegium Regularibus illimitate approbati, ne umquam, Sede vacante, examinentur a Capitulo. Nam si de approbati ad annum ex. gr. sit sermo, hi elapso anno possunt a Capitulo examinari: etenim Clementis IV. Bulla, cui niritur hoc privilegium, dicit, quod Regulares, Sede vacante, liberè utantur licentia absolvendi. Cum verò absolvendi licentia data ab Episcopo premortuo non fuerit ex. gr. nisi pro anno, qua Regulares approbati ab illo, elapso anno, uti nequebant, sed alia prorogatio approbationis petenda fuisset ab Episcopo, si superites fuisset; consequenter, & in nostro casu, alia prorogatio approbationis, si ve per rati habitationem antecedentis, si ve per novum examen, prout Capitulo placuerit, a Capitulo habenda est: nam approbati ad annum, eo elapso non sunt nunc approbati, sed facere; ut verò nunc absolvant, nunc esse debent approbati.

N. 266. Hinc patet cur hac in re censuerim potiùs prudentialiter, & distinctis juribus, quam confusis procedere. Primo, quia per jus convocandi personas, & examinandi licentias, (quod concedo Capitulo) potest Capitulo suum munus obire. Similiter per jus aut privilegium (quod concedo Regularibus) ne novum durante sua licentia subeant examen, possunt Regulares facillimè obedire. Secundo, quia si res contentione primi juris utrimque agenda, perpetua inter Capitulo, & Regulares mentis, & voluntatis rixæ, & fortè scandala; ut ostendi n. 261. & 262. Tertio, quia vel res est de probabilitate extrinseca, vel de intrinseca utriusque opinionis? Si de extrinseca, nemo negare poterit, quod sententia negans inesse Capitulo jus examinandi Regulares ab Episcopo demortuo approbati, sit longo excessu probabilior, quam affirmans: nam pro negante tale jus in Capitulo stant ferè omnes, & quidem magna auctoritatis DD. quos dedi n. 256. & 257.

Tom. III.

pro affirmante non nisi duo, & quidem, ne quidem duo, ut ostendi n. 254. & 255. ergo si res autoritate agenda est, nequit Capitulo examinare dictos Regulares approbati. Quod si quaestio non est per auctoritatem, sed per certam rationem absolvenda, pro neutra parte video rationem certò validam. Nam privilegium Clementis IV. in quo DD. sententiae negantis Capitulo jus examinandi Regulares, tam acriter insistant, mihi valde dubium est an fuerit revocatum, praesertim si fuit viva vocis Oraculo, ut indicat P. Pelliza. tom. 2. tr. 8. cap. 2. n. 44. illudque revocatum astitit M. Donatus: & M. Don. quidem eò magis dubito, quod hodie vix sciri potest, quae privilegia Regularium quoad absolvendum sint, & non sint revocata; & Urbanus pleraque viva vocis Oraculo abolevit: ergo huic privilegio me plenè fidere nequeo. Similiter ratio, cui sententia negans insitit, quod potestas delegata non transeat ad alium, atque adeo non transeat ad Capitulo facultas examinandi Regulares approbati, cum ea facultas respectu ipsiusmet Episcopi sit delegata; haec, inquam, ratio erudita esse potest, non tamen solida, ut litem dirimat: etenim judico quod facultas approbati Regularis conveniat, de jure sui officij, Episcopis: ergo si stemus rationibus sententiae negantis Capitulo jus approbati Regularis approbati, nil solidum habetur. Idem dico de rationibus sententiae affirmantis tale jus inesse Capitulo; tota ejus ratio est, vel negare privilegium, quod tamen a pluribus iamquam subsistens admittitur; vel dicere, quod cum potestas approbati Regularis sit ordinaria in Episcopis, transeat ut delegata ad Capitulo. At utrumque facillè negatur; & adhuc admissio, quod sit ordinaria, non ideo transeat ad Capitulo, quia ligata dignitati Episcopi.

Vides, mi Lector, quod nisi nobiscum N. distinguatur jus convocandi personas, & 267. examinandi licentias, a jure examinandi personas, & reprobandi authenticas approbationis litteras, nil certi umquam dabitur in re tam frequenti, & necessaria; quin perpetuae ubique rixæ: contra hac prudentiali jurium distinctione, tam Capitulo, quam Regularibus favetur: & viduata Pastore Ecclesia, mutuo Capituli, & Regularium amplexu fovetur.

Profecto novè non sunt, sed coeuvæ quasi N. Ecclesiae, dirè inter ipsos Episcopos, & Regulares contentiones, fundatæ in hac, an Episcopi habeant jure sui officij jurisdictionem in Monachos, & Regulares. Quod scio est, quod Gonzalez Tellez (qui à me inter

Xx ij Canoni.

Canonistas maximo in pretio habetur, non enim totum ejus negotium est paginas repetitis textibus, & citationibus implere, vix ullâ additâ ratione, sed ita res canonicas tractare, ut methodo syllogistica, & intrinsicâ graves complectatur pro suâ mente rationes) hic ergo eximius Canonista in 1. *Decret. librum tit. 31. de officio juris Ordinarij cap. 19.* incipit: *Grave* refert Monachos fuisse temper Episcopis subiectos; & Divum

S. Aug.
Chalced.

Augustinum Monachis regulam dedisse, & Concilium Chalcedonense *can. 4.* expressè dicere, quod Monachi sint Episcopo regionis, in quâ vivunt, subiecti; & quod nemo Monasterium acceptet, aut fundet, nisi permittente Episcopo: Trahit numerosos DD.

Barthol.
P. Azor.

inter quos Barbofam *lib. 2. juris Eccl. cap. 12. n. 21.* & Potest. Episcop. *allegat. 105. P. Azor tom. 1. Justit. lib. 12. c. 10.* Brunonem Chassai. Chassai de Privil. Regul. *tract. 2. P. Gibballinum de Scient. Canon. lib. 7. c. 9. qu. 3.* & alios. Erant ergo Monachi adeo subiecti Episcopis, ut nequirent alio ritu Officia celebrare quam præscripto ab Episcopo, ut ab Episcopis Monasteria visitarentur, ut Monachi ab illis emendarentur, & corrigerentur. Quia verò (inquit dictus Gonz. *Tel. pag. 804. col. 2. in medio*) Episcopi Monachos sibi subiectos severè, & irrationabiliter tractabant, hinc à D. Gregorio M. in

Gonza.

Concilio Lateranensi statutum, ut Monachi suis tantum Abbatibus subiecti forent. Quare Monachorum exemptionem ab Episcopis, adeo ut soli Romanæ Ecclesiæ hodie subordinati sint, ab ipsâ Episcoporum severità, aut, originatam. Plura quoque in hanc rem habet doctus M. Donat. *tr. 13. de Exemptione Religios. qu. 6.* qui plurimos recitat censentes, quod Religiosi de jure communi sint Episcopis subiecti, & quod juris canones stent pro Episcoporum in Religiosos jurisdictione, à quibus canonibus, repetitis Pontificum privilegijs, ab eodem M. Donato *qu. 8. ad verbum relatis*, Religiosi dicuntur exempti. Quia verò humanâ imprudentiâ evenit, ut Religiosi suismet privilegijs contra Episcoporum jurisdictionem abuterentur, hinc subsequentes Pontifices pleraque privilegia in totum abolevere. Perpendat Lector inquietum Ecclesiasticos inter, & Religiosos systema. Olim Episcopis integrè Monachi subdebantur: conquesti hi de illorum severità, & declarati à Magno

M. Don.

S. Greg. Gregorio exempti. Abusi subinde suis privilegijs Regulares, & plerisque revocatis à Sede Romanâ iterum fuere Episcopis quoad plura subiecti. Conquesti de novo Religiosi

S. Greg.

Pius V. si de Episcopis Beato Pio V. superstitite, qui

in pluribus pro illis stetit. Tandem discordia à Clemente X. composita in Bullâ, *Superna*, utriusque in pluribus favendo, & in pluribus non favendo.

Non ergo, quasi novum Africa monstrum, demiranda frequens hæc Ecclesiasticos inter, & Regulares contentio, & quidem sæpe ob levissimam rem, unico urbanitatis officio concludendam. Utrique tanto Marte pugnant; isti ut præcipiant; isti, ut se eximant: illi pro suâ, ut putant, jurisdictione; isti pro suâ, ut opinantur, exemptione: oblitii interdum se eodem Ecclesiæ lacte nutritos, se eodem sanctissimo Panis fraginatos, se pro morum reformatione destinatos, se eadem æternæ gloriæ albo interendos. Utinam, que ut plurimum non nisi unius Ecclesiastici, aut Regularis culpa est, obstetricante malevolâ secularium intentione, quasi originalis culpa, in omnes Ecclesiasticos, omnesque Regulares, non refundatur! Utinam ad perfectionem, ad quam utrorumque institutum utroque promovet, tendant utriusque, & mutuo charitate Divinæ amplexu manus invicem dent! Quam brevi intervallo, servatâ eâ, quam Ecclesiastica Hierarchia, inter caput, & membra; suspirat subordinatione, Christi Domini ovile pingueceret! Quam nulla in curijs lamenta! Quam jejuna in famelico iudice cupiditas!

Sciunt Regulares, Ecclesiasticos fore Ecclesiæ Primogenitos. Sciunt Ecclesiæ leges ab illis conditas. Sciunt Dei Ecclesiam auctorem eorum sapientiâ propagatam. Sciunt eos ubique, ut juris Arbitros statui. Sciunt Miraculi Domini splendorem eorum frontibus coævum. Sciunt laureatam quâ sanguine, quâ heroicarum virtutum culturâ, eorum beneficio Christianam Rempublicâ. Sciunt verendum Vicariatibus Christi D. diademata Ecclesiasticis penè hereditarium. Perpendant hæc serio Regulares: nulla tunc in se illis subjiçiendo asperitas, indocilitas nulla. Ecclesiarum Capita, Episcopi sunt, quia quilibet suâ in Diocesi quasi alter Papa. Pareant Regulares, colant, obsequantur, subordinentur, diligant.

At sciunt quoque Ecclesiastici non tantum Dei leges, sed Servatoris nostri consilia, de oppido à Regularibus aucta. Sciunt inter deo utriusque Ecclesiæ Latine, & Græcæ Doctores, septem eorum Monasticum, & Mendicantium institutum profectos. Sciunt Regularium indoctrinâ effertissimas qualisque Nationes ad Ecclesiæ gremium ductas. Sciunt ab antiquis, & modernis Pontificibus Religiosos ob stupendos Ecclesiæ progressus

Honor.
III.
Bened.
XI.
Bonif.
VIII.
Pius V.
Clem.
X.
Sixt. V.
de cull.

progressus stupendis privilegijs locupletatos. Testes authentici sunt Bonifacius VIII. Honorius III. Benedictus XI. & B. Pius V. hodie Divis insertus, referens 26. gravamina, quibus Regulares vexantur ab Ecclesiasticis; & quorum utrorumque incolumitati prospiciendę Clemens X. Bullam suam edidit. Sciant a Sixto V. in constit. *Postquam verus ille* §. 4. relato à Neutier d. 138. n. 4. Decretum, ut in supremum Cardinalium Collegium, quatuor saltem, ex Ordinibus Regularibus in idem Collegium adscribantur. Neque verò quis, laudator temporis acti, autumari poterit, melioris frugis extitisse Antiquos, quàm modernos Regulares: vix enim reperire erit sæculum, quo tot Regulares (eà quã hodie rigidissimã canonizationis methodo proceditur) sint Sanctorum Catalogo adnumerati, quot nuperimè elapso; cum ferè omnes Regulares sint. Sint igitur Ecclesiastici Christianę Reipublicę capita: submittant se illis, nil renitendo, Regulares. Sint Regulares Ecclesię membra, oculi, lingua, aures, manus: tractentur, ut nobilia Divesum membra. Ubique pax, ubique concordia, ubique Christus D.

§. IV.

Alia pro meo intento rationes.

S U M M A R I U M.

Nisi certum aliquod jus detur Capitulo, semper rixæ, n. 272.

Jus examinandi Regulares approbatus est prorsus incertum, ibid.

Vicarius a Capitulo electus vocatur Pro-Episcopus, n. 273.

Est dominus gregis Pastore viduati, ibid.

Jus vocandi Regulares approbatus, & examinandi eorum licentias, convenit Capitulo ratione sui officij, n. 274.

Si licentia non sit notoria, est exhibenda, ibid.

Exemptus a jurisdictione non est exemptus à jure reverentia, ibid.

Nemo suas res, & gregem ignoto viro committit, ibid.

Quoties ex exemptione maximum imminet damnum, nulla datur exemptio, ibid.

Si Regulares non sunt exempti à Capitulo in re minori, neque quoad absolvendum seculares, n. 275.

In re gravi non nisi exhibitis litteris creditur, ibid.

Capitulum est directè dominus gregis, eique convenit jus coactivum in alios, ibid. & 276.

Tom. III.

Confirmo 1. quia nisi certum aliquod N. jus conferatur Capitulo, nil in hac tam gravi, tamque contentiosa materia, certi inferri poterit: & perennes semper erunt inter Capitulum Sede vacante, & Regulares à demortuo Episcopo approbatus, discordia, & rixæ: sed hoc jus certum nequit esse jus examinandi Regulares, & revocandi licentias: ergo aliud jus certum querendum est. Minor constat; quia jus examinandi personas, & revocandi licentias ab omnibus ferè TT. negatur, etiam dato quòd tale jus de jure communi conveniret Capitulo: negatur autem, vel quia volunt quòd Regulares ex privilegio Clementis IV. sint ab eo communi jure exempti, ut in plurimis alijs, quę Episcopis, & eorum Ordinarijs de jure communi conveniebant, exempti sunt: vel quia jus ipsum approbandi Regulares non est nisi delegatum in Episcopis, adeoque illi non succedit Capitulum; vel quia, etiã summum quod concedi potest, concederetur Episcopis, videlicet omnes Monachos, & Religiosos esse illis de jure ordinario ex vi sui officij subjectos, aut saltem esse subjectos quoad absolvendum seculares, ut ego verum judico, atamen tot privilegiorum concessione, hodie ab eà jurisdictione exempti sunt: ergo jus certo conveniens Capitulo in Regulares approbatus, nequit esse jus examinandi Regulares, & revocandi licentias. Aliud ergo jus certum querendum est.

Non puto aliquem dicturum, quòd Capitulo, Sede vacante, nullum jus certum 273. convenire debeat in Regulares approbatus. Sic enim conclamatum esset de Ecclesiã suo Pastore viduatã: cum tamen indubitatam sit eam viduatam Ecclesiam, ejusque gregem subjectum esse Capitulo Sede vacante, & hujus muneris esse eum gregem custodire, & ideo Flaminius Marchetti in sua *Praxi Vicarij Capitularis pag. mibi 24.* dicit, quòd Vicarius Capitularis vocari solet *Pro-Episcopus* Si autem Pro-Episcopus certum jurisdictionis jus ei competit, saltem ne quis gregi suo, nisi à se cognitus immisceat; nec enim, si Regularis non approbatus ei gregi se immisceat, quasi à mortuo Episcopo approbatus, reddenda de gregis secularis damno erit ratio à mortuo Episcopo, sed à Pro-Episcopo seu Vicario Capitulari, qui non examinata ejus licentiã absolvendum facultatem ratiabit. Igitur Dominus viduati Ecclesię est Capitulum, & Pro-Episcopus; ergo certam habent in tuum gregem jurisdictionem, certumque jus, nequis suo gregi, ei invito, præcipue cum facultate absolvendi, non notoriã, (sed ut experientia

Xxij testis

testis est, & sepe dubia, se immitteat.

N. 274. Cum ergo jus aliquod certum convenire debeat Capitulo; jus autem examinandi personas, seu Regulares approbatos, & revocandi eorum licentias, ut valde incertum, quoniam passim, ut dixi, negatum, restat, ut hoc certum jus, sit jus convocandi Regulares approbatos, & examinandi eorum licentias, an authenticè sint. Porro quod hoc jus conveniat ratione officij sui ipsi Vicario patet. I. quia ipse Vicarius Capitularis est Dominus ejus gregis; igitur ei convenit jus jurisdictionis, tum directivum, providendo de præclaris Pastoribus, tum coactivum resistendo illis, qui sibi non sunt certo boni. Quis enim in re tam gravi, qualis est confessio sacramentalis, consulat Vicario, ne convocet Regulares, aut facultas est notoria, an legitime sint, ullum examen instituat? Immo quis non consulat, ut convocet personas, & examine litteras? Etenim quoties exemptio, aut facultas est notoria, illi standum est; si tamen non est, facultas, privilegium, & licentia exhibente: & ideo forte monet M. Don. *in. 13. q. 17.* qui postquam docuit, Regulares exemptos citatos ab Ordinaris non teneri comparere, eo quia exemptio supponitur notoria, si tamen non sit notoria, ut est in nostro casu, approbatio, quin sæpe dubia, tenentur comparere, & suas litteras exhibere: immo & in eo casu, in quo notoria est exemptio, (dico ego, approbatio) tenentur Regulares, aut, ex quadam decentia comparere, ut suas litteras exhibeant: si ergo exemptus a jurisdictione non est exemptus a jure reverentia, ut docet P. Sanch. *lib. 3. de Matr. d. 33. n. 23. & lib. 6. Sum. cap. 1. n. 14.* quanto minus non exemptus a jurisdictione Capituli, ut sane est confessor Regularis approbatus? Nisi dicere velimus, Capitulum destitutum omni jure defensivo sui, suique gregis (quod sane nemo de re sua familiari, de suis bobus, equis, ovibus deceret, non habere heredem jus examinandi pastorum anteriorum fidelitatem) quanto minus, inquam, non exemptus a Capituli jurisdictione tenebitur suas litteras exhibere? Neque quis pretendere potest, se utpote Religiosum, esse immunitem a jure examinandi suam approbationem. Nam ad suam exemptionem a Capitulo, factis, ut sit exemptus a jure examinandi suam personam: præterea nulla datur exemptio, quoties ex ea imminet irreparabile damnum, ut imminet, nisi licentiæ præhabite visentur.

N. 275. Verge: Nemo negabit plura competere Vicario Capitulari, inter quæ nequis Regu-

laris, etsi habeat a defuncto Episcopo concionandi licentiam, sine prævia ab illo venia, aut benedictione, in sui Ordinis tempore concionetur: ita P. Pelhaz. *tom. 2. h. 2. c. 4. n. 7.* & alij ab eo consulti, inter quos Casus, Lugo, P. Baldellus, & alij Rogo modo: Clementis IV. Breve, cui tantum fuit sententia negans Capitulo jus in Regulares approbatos, est valdeum, & libitens pro exemptione Regularium a dicto jure, adeo ut possint, Sede vacante, habere ea licentia audendi secularium confessiones uti; cur non quoque licebit Regularibus, qui concionandi licentiam ab Episcopo anteriori habuerunt, habere ea licentia, Sede vacante, ut, abique eo quod prævia a Vicario veniam petant? Nam Breve Clementis IV. de utraque licentia idem prorsus concedit. Vel ergo, Sede vacante, nulla a Regulari ad concionandum, & confessiones approbato, licentia a Capitulo petenda est; si Breve non est derogatum, vel in utroque; cum indivisim istem verbis Clemens, Regularibus dubitantibus de licentia absolventi, & concionandi Sede vacante, respondeat. Quod si dicatur, petendam pro concionando veniam, non pro absolvendo, contra est; quia hoc ipsum quæro, quia eadem licentia in utroque casu concessa: immo ex hoc inferam, vel Brevis intubiffentiam, vel posse a me quoque dari interpretationem, quod Clemens IV. examinet Regulares approbatos a jure novo examini, non ab exhibendis litteris, & harum examine. Demum contra omnem prudentiam mihi videretur asserere, quod concedent Regularibus privilegium, ut licite absolvent non exhibitis litteris approbationis, sed prudentialiter dubijs. Quicquid que habet M. Passer. *art. 1. n. 1084.* volens quod concionatores Regulares non teneantur a Capitulo petere benedictionem pro concionando, nisi ubi est consuetudo. Laudo coherentiam, modo sic arguo: Si in re minoris momenti Capitulum habet jus convocandi Regularia ad idem ministerium a defuncto Episcopo approbatos; cur non habeat in re tam gravi momenti? & ubi quicquid peragitur, & crebris auribus committitur, nec auditur, & a quo status gratie frequenter dependet, non habet jus convocandi Regulares ad absolvendum approbatos, ut se presentent, suasque litteras exhibeant? etenim in re gravi, non nisi exhibitis litteris creditur, nec legitimum prodest, nisi presentetur, aut Barthelemy *strensis pag. 60. n. 11. & 12.* & de hoc arguunt P. Sanch. *tom. 2. Consil. lib. 6. cap. 18. dub. 4.* Quare semper perfito, quod Regularis approbatus citatus a Capitulo, nulli non teneatur

reueatur comparere, ut subditus examinandus ob suum privilegium; debet tamen, non tantum ex decencia, & jure reverentia, sed ex jure jurisdictionis, quod Capitulum directe habet in suum gregem, & indirecte in omnem, qui, se invito, vult suo gregi regendo immiscere; debet, inquam, Regularis dictus comparere, & litteras exhibere. Si enim Capitulo, Sede vacante, inest jus examinandi Regularis non approbatus, ne se immisceant in audiendis secularium confessionibus, cur jus examinandi litteras Regularis approbati, ob idem motivum, Capitulo non competat? Rogo Regularis, hoc jus examinandi litteras Capitulo negantes, num contenti forent, si Capitulum se in regimine Regularium quoad Religiosum gregem, immo quoad seculares suos domesticos, ingereret? Applicent.

N. 276. Confirmo 2. quia Capitulum, ejusque Pro-Episcopus, seu Vicarius Capitalaris, est Pater, Pastor, Custos, Dominus viduati gregis: ergo omnia jura, quae his conveniunt, competunt Pro-Episcopo ejus gregis; sed jura his competentia non tantum sunt providendi, pascendi, custodiendi, jubendi, sed etiam jura defensiva, seu defensionis ab omni imminente malo omnes, se rationabiliter invito, gregis sui aggressores; itultusque haberetur, & Patris, Pastoris, Custodis, Domini nomine indignus, qui incognitum sibi Paedagogum suo filio, incognitum sibi servum suo ovili praesiceret; & eo magis, quo periculum prudens cilet, quod Paedagogus foret lupus sub ovina pelle; & quod servus foret infidelis; & nequam: ergo Capitulo insunt jura defensiva sui gregis, & jus saltem cognoscendi Regularis approbatus, & examinandi litteras approbativas, num authenticae sint. Igitur Capitulo competit jus puniendi transgressores hujus sui juris: quia vero poena puniendi, an etiam revocandi facultatem absolvendi, paulo post dicam. Moneo autem, ut semper distinguantur ea duo jura, examinandi litteras approbativas; & examinandi personas. Hoc ultimum jus nego Capitulo, atque adeo Regularis approbati nolentes se subdere examini, nec contumaces, nec inobedientes, hoc poenam digni esse possunt, cum nullum tale jus habeat Capitulum in approbatus Regularis: contra puniri pro maiori aut minori relittentia possunt a Capitulo Regularis, reculantes se sistere, suatque litteras ostendere Capitulo: hoc enim jus competit Capitulo, suumque jus in re tam gravi rueri tenetur, ne damnum irreparabile viduato gregi imminet, inexaminais approbativas Regularium litteris; cuique

enim competit jus tuendi rem suam, etiam offensive, si pura defensio non est satis; ergo multo magis annullandi litteras inexaminais, & earum facultatem.

S. V.

Gravis practica objectio.

SUMMARIUM.

- An a Capitulo Regularis, non presentatis sine approbationis litteris, puniri possit, si absolvat? n. 277.
- Inobedientes convocatoris, & nolentes litteras exhibere, malum in Curia Romana exitum timere possunt, ibid.
- Regularis non presentatis litteris absolvens, valide absolvit, n. 278.
- An Regularis ab Episcopo approbatus, non a suo Presbitero, valide seculares absolvit? ibid.
- Regularis non presentatis litteris absolvens, illi tate absolvit, n. 279.
- Si seculares sint conseci dista culpabilis resistencie, invalide a dicto Regulari absolvuntur, n. 280.
- Confessio potest esse invalida, tum ratione Confessoris, tum penitentis, ibid.
- Quae juris in Capitulo contra Regularis, litteris non exhibitis, absolventes? n. 281.
- Cur Regularis nolentes examinari, non sint contumaces; sint autem nolentes presentare litteras? n. 282. 283. 284.
- Est regula juris, quod omnia Episcopi jura transeant ad Capitulum, n. 285.
- Nequit Capitulo negari jus examinandi litteras, ibid.
- Sept ipsa offensus sit defensio, ibid.
- Jus constitutum convenit Capitulo, ibid.
- Dicit Regularis a Capitulo puniri possunt. Qualliter? n. 285. 286.
- Jura clamant, quod causa honoris sit nimis ardua, n. 286.
- Rationes pro sententia negant, quod Episcopi punire possint Regularis: multo minus Capitulum, n. 287. ad 291.
- Si potestas alicui delegata, eidem conveniat eo jure suo, ut non est pure delegata, n. 292.
- Privilegia revocant jus examinandi personas, non licentias, ibid.
- Regularis in Ecclesia sui Ordinis, veniente Episcopo, concionem habens, potest ab eo puniri, n. 293.
- Potest non approbatus valide absolvere, si Episcopus tacite annuat, si remittat, invalide, id.
- Privilegia in aliquibus alteras gravamen cedentia, sunt stricte intelligenda, n. 294.
- Expono Breve Clementis IV. tum in favorem Capituli, tum Regularium, ibid.

Dices

N. 277. **D**ices, quid si Regulares à Vicario Capitulari acciti, ut se præsentarent, suasque præhabitas à demortuo Episcopo approbativas litteras, offerrent examinandas, quæ, & quales, & an authenticæ sint, parère recusarent, & adhuc absolventur?

Respondeo, præterquamquod verendum valde sit, ne hi contumaces suâ inobedientiâ Capitulum impellant appellandi ad Curiam Romanam, à quâ abs dubio eisdem pœnas luunt, quas aliqui Regulares suis privilegijs abutentes, ut stipenda privilegia ferre in totum abolerentur; atque adeo ut aboleatur quoque prætensa exemptio, ne se Capitulo sistant, suasque litteras præsentent; quin ut Capitulo non tantùm quoad litterarum, sed etiam quoad personarum examen subiciantur: expedit enim ut quòd aliàs licet, ob nova scandala damnetur, & quòd posteri luant, quòd priores peccarunt, juxta illud, quidquid peccarunt Graij, plectuntur Achivi. Respondeo, inquam, aliqua hic controversi posse, quæ ad Theologos, aliqua quæ ad Canonistas pertinent.

N. 278. **P**rimum, an dicti Regulares recusantes se sistere, & suas Vicario Capitulari litteras exhibere, ab eo examinandas, validè absolventur? Ratio dubitandi est; quia sicut plures quos inter Mag. Passer. tom. 2. art. 1. pag. 49. num. 22. & n. 223. docent Regularem ab Episcopo approbatum, sine licentiâ tamen sui Prælati absolventem sæculares, non tantùm illicitè, sed invalidè absolvi; de quo etiam legi potest P. Fagund. lib. 7. in Præc. Eccles. cap. 2. n. 30. & alij; ita dici posset, quòd Regulares illi sine licentiâ Capituli absolventes, invalidè absolvant. Quia verò putò veriorem sententiam, quòd ad validam absolutionem satis sit approbatio Episcopi, hanc enim solam petit Tridentinum ad valorem, licentiâ verò Prælati est necessaria, ut ea Episcopi approbatio data Regulari sit licita illi; consequenter dico, quòd dicti Regulares validè absolventur sæculares: etenim habent à præmortuo Episcopo facultatem, quæ durat quousque revocetur, ut praxis, & omnes docent: ergo cum per Capitulum purè convocans Regulares, ut examinandas offerant suas facultates, dictæ facultates non revocentur, eo ipso Regulares illi validè absolventur.

N. 279. **S**ecundum est, an dicti Regulares licitè absolventur? Dico quòd prorsus illicitè, & non nisi cum culpâ mortali, eò quia injustè resistunt juri, quòd inest Capitulo eos cognoscendi, & examinandi litteras approbationis præhabitas, num̄ authenticæ sint. Quomodo enim Capitulo constat eos esse appro-

batos, nisi exhibitis approbationis litteris. Ergo cum inobedientiâ sit in re gravissima, & occasionem det, ne Capitulum gregi suo per cognitio a se Pastores invigilet, non potest non esse summè illicita.

Tertium est, an sæculares confesij dictæ N. culpabilis Regularium resistentiæ, validè à dictis Regularibus absolventur? Dico quòd invalidè prorsus, quia sine dolore confiterentur; implicat enim ut cooperans alienæ culpæ mortali, suarum culparum dolorem concipiat; sed sæculares illi cooperantur illicitæ absolutioni à dictis Regularibus data; ergo dicti sæculares invalidè absolventur. Confessio enim dupliciter potest esse invalida; vel ex parte Confessoris, quatenus caret facultate; vel ex parte penitentis, quatenus caret dolore, & proposito requisiti; aut non est integra, ut debet. Verum quidem est, quòd si sæculares invincibiliter nesciant, aut credant eos Regulares licitè absolvi, tunc ob hunc errorem validè absolventur.

Quartum est, quid juris in Capitulo de N. de vacante, & electo ab eo Vicario in Regularibus, non præsentatis, & examinatis approbationis litteris absolventes?

Hoc dubium indirectè est Theologicum, N. directe est Canoniticum; quia in Legibus Ecclesiæ fundatum, quæ præscribunt pœnas, tum in genere, intelligendas inobediensibus Ecclesiæ juribus; tum in specie, quòd jus coactivum competat Episcopo, Ordinarijs, Capitulo Sedis vacante in Regularibus eorum edicta transgredientes. Quare possum, quin de m̄ aliquis conqueri posset, remittente interrogantem ad Canonistas, hi audirenti sunt, non ego. Si tamen audiri mereor, en mea decisio fundata in duplici juris distinctione. Dedi Capitulo jus convocandi Regulares approbatos, eorumque approbationis litteras discutendi, ut veritas constet. Negavi Capitulo jus examinandi personam. Si hæc jura secernantur, quòd hæcenus à nemine factum vidi, plana, & me iudice, certa erit decisio. Si confundantur, omnium censuras, & Regulares censuratos, quilibet enim pro se pugnet, Capitulo pro suo jure, sicut delegato; Regulares pro suâ exemptione.

Dico itaque, Capitulo punire posse, in N. dicam debere, eos Regulares suo jure convocatorio, & litterarum examinatio, convocatores, simul tamen sæcularibus absolutionem impertientes. Non posse autem eos punire, ut resistunt novum examen subire. Loquor semper de Regularibus approbatis.

ad mortuo Episcopo, etsi illimitate.

N. 284. Secunda pars liquet; quia cum neque Capitulo jus examinandi Regulares à præmortuo Episcopo approbatos, sive hoc sit ex Clem. IV. privilegio à ferè omnibus asserio; sive potestas examinandi personas Regulares non sit ordinaria in Episcopis, sed purè delegata, adeo ut ea potestas ad Capitulum non transeat, consequenter dicti Regulares approbati, non sunt inobedientes, & multò minus contumaces, si examen Capituli subire nolint.

N. 285. Prima pars quoque liquet ex à me adductis in favorem juris convocandi Regulares approbatos, & examinandi litteras, quod jus Capitulo inesse ostendi, tum à priori, ratione sui officij, est enim Dominus, Custos, & Pater gregis vidui, nec hoc ab aliquo negari potest; clara est enim juris Regula, quòd omnia jura præmortui Episcopi transeant ad Capitulum Sede vacante, sive ea sint spiritualia, sive temporalia, atque adeo vis coactiva, & defensiva eorum, ut tradit P. Leuren. qu. 456. Lotterius de re beneficiaria lib. 2. Pignat. rom. 5. consult. 24. n. 3. & alij; tum à posteriori, eo quòd nihil tale jus concedatur Capitulo vocandi dictos Regulares, eorumque litteras examinandi, periculum erit, ut approbati se intermiscant non approbati. Cum ergo juxta legem naturalem sit, ut cuiusque convenit jus, conveniat quoque potestas defendendi suum jus, imò interdum potestas offensiva alterius, quæ tamen offensio tunc ob contumaciam violentis sit defensio, ut patet in eo, qui ex moderatione inculpate tutelæ occidit aggressorem occidere promptum; consequenter, si Capitulum est viduati gregis Dominus, & Custos, non tantum habet jus jurisdictionis in gregem, vetando secularibus, ne dictis contumacibus Religiosis sua peccata dependant, sed coactivum contra sui gregis aggressores, qui independenter à Domini, seu Capituli placito, imò eo invito seculari gregem docere, pascere, abolvere tentent. Profecto ab illis, qui de hæc meâ responsione conquesturi sunt, & fortè dicturi, me, ut alicui adularer, in hanc responsionem venisse, eum tamen mihi temper in votis fuerit dictum magni Gersonis, plus amandam veritatem, quam potestatem, sive secularem, sive spirituales: quæro, inquam, ab istis, an in suarum rerum familiarium socios, aut in suæ pugne commilitones, aut in suæ jurisdictionis consortium, oculis clausis admitterent viros sibi non notos, ne quidem exhibitis fidelitatis, & prudentiæ, & vigoris, & doctrinæ propriæ authenticis litteris, quin

ab ovo inobedientes Respondent, & perpendant, quod tibi non vis, alteri ne feceris; Puniri igitur hi contumaces Religiosi à Capitulo poterant, servatâ proportionatâ contumaciam inter, & poenam mensurâ; si puniri recitent, ab absolvendo abstant.

Confirmo quia omnia jura clamant, quòd *causa honoris sit nimis ardua*: si ergo ob causam arduam censura infligi possunt, cur non à Capitulo in eum inurbanam, & contumacem Regularem? etenim honor pro dignitatis mensurâ augetur, & quo quis maiori præminet dignitate, eo magis ab alienâ inobedientiâ dehonatur. Quid autem Sede vacante eminentius Capitulo? quid minus à Regulari expectibile, quàm quòd tum Capitulo reverentis obedientiæ gratiâ, tum ipsius Regularis maiori, ni dixerim, magis vanæ exultationi, conducit, videlicet laudabilis suæ approbationis litteras exhibere? Quid ni igitur Regularis iste à Capitulo puniatur, & quidem, si post tentatâ à Capitulo suaviora omnia remedia, ferreus in suâ contumaciâ, in absolvendo seculares persistat? Cur superadditâ hæc novâ contumaciæ causâ, quæ quidem ad Confessionis Sacramentum attrahet, & dominium Capituli in suum gregem perturbat, & debilitat? Cur, inquam, instantibus his omnibus circumstantijs, Capitulum non poterit, eum inurbanum, & contumacem sui domini, suique gregis perturbatorem ab absolvendi facultate suspendere, ut in simili Clem. X. de Episcopis definit? Quin audiatur M. Don. tr. 13. qu. 29. pag. mibi 305. qui querit, an Regulares lacerantes Episcopi cedulones incidant in excommunicationem eo scripto contentam? & postquam negavit, nisi exprimantur eâ in cedula Religiosi; quia excommunicatio lata per verba generalia non comprehendit Regulares, ob sua privilegia; subdit tamen rem attentione dignam; quòd licet Regularis lacerans non incurrat excommunicationem terminis generalibus latam, potest tamen Regularis ille ab Episcopo puniri ut inurbator, & offensus sui jurisdictionis, ut notant DD. in cap. 1. de officio Delegati. Nec obstat quòd sit persona exempta, & in dignitate constituta, ait Farinæ in praxi crimin. citatis pluribus qu. 114. n. 64. imò (N.B.) potest uti suspectus de heresi ab Inquisitore interrogari, quid sentiat de potestate Prælatorum, & censuris Ecclesiæ, ait Pegna 3. p. Director. Inquisit. & Genuensis in suâ praxi cap. 8. n. 6. si ergo perturbantes Episcopi jurisdictionem possunt, etsi Regulares sint, puniri per censuras, & ideo Tridentinum sess. 25. cap. 3. ait Regulares excommunicari posse, si impediunt Episcopum,

N. 286.

M. Don

Farinæ

Pegna.

Genues.

Trident.

N. 277. **pum**, ne utatur suis insigniis: cur non proportionē prudenter, ut debet, scripta, Pro-Episcopus Sedis vacantis poterit accitos ad comparandum Regulares approbatos, ut suas litteras examini subiciant? Pro-Episcopus, inquam, contumaces ad utrumque Regulares, simul tamen absolventes seculares, post omnia alia tentata urbanissimi juris remedia, eum Regularem à facultate absolventi suspensum declarare non poterit? Pudet, me diutius in tam fordida inurbanitate detinere. Caveat tamen Capitulum, & Pro-Episcopus, ne inurbanitate, & contumaciā alienā raptus, indifferetio suo censurarum igne, maius excitet scandalum, & incendium. Pluant censure peccato Cælo, ut ros; non irato Cælo ut fulmina evibrentur.

N. 287. **Replicabis** r. quod quidquid juris tribuitur Capitulo Sede vacante, nil faciat ad rem nostram: et si enim à jure communi tribuatur Capitulo Sede vacante omne jus, quod inerat Episcopo, totum hoc non habet locum in Regularibus, qui ratione suorum privilegiorum à jure cōmuni exempti sunt: ergo Capitulum nullum habet jus in Regulares approbatos. Secundo, quia per propria privilegia exempti sunt à jurisdictione Episcoporum, & non nisi per Bullam 18 Gregor. XV. Inscrutabilis, aliorumque Pontificum in pluribus subditi fuere Episcopis, eaque potestas collata Episcopis supra Regulares, est ex purā delegatione Pontificum, non verò ex ordinaria Episcoporum, adeoque nullo modo transit ad Capitulum: ergo Capitulum nil potest contra Regulares. Tertio,

N. 289. **quia etiam dato quod jure communi Regulares forent subditi Episcopis, ut docent Navar. com. 2. de Reg. n. 63. & Barbosa, & plurimi alij: hoc tantum valet antequam Regulares ornarentur tot privilegijs, non post ea: ergo multo minus Capitulum habet jus in Regulares. Quarto, quia etsi daretur quod non tantum jure communi, sed etiam jure officij Episcopalis Regulares subderentur Episcopis, & hæc potestas jurisdictionis foret ordinaria in Episcopis, adeoque transfiret ad Capitulum Sede vacante; attamen Pontifices ei juri innato officio Episcopali derogarunt per concessa privilegia: ergo etiam derogavit juri, quod in Capitulo erat delegatum. Quinto, quia M. Passer. expressè negans art. 1. n. 328. quod Capitulum possit Regulares à confessione suspendere, negat num. 1082. & pag. 264. ipsis Episcopis convenire jus procedendi per censuras contra Regulares, adeo ut licet Concilium Tridentinum præcipiat Regularibus, ne audiant confessiones secularium, nisi sint ab**

N. 290. **Episcopo approbati, neve prædicent eo contradicente, sess. 5. cap. 2. & sess. 24. c. 4. attamen Regulares in his inobedientes, nequebant, ut etiam fatetur Fagn. cap. Cum capella n. 21. de Privil. ex vi Tridentini puniri ab Episcopis. Quare totum jus, quod hodie competit contra Regulares Confessores, est ex Bullâ 18. Gregor. XV. Inscrutabilis, confirmata à Clem. X. & Innoc. X. & XII. omnibus aliis Pontificum Bullis, & Congregationum Responsis. De hoc legi potest idem M. X. Passer. n. 1085. recitans Breve Urbani VIII. ad Episcopum Gienensem, & Innoc. X. ad Episcopum Angelopolitanum. Quæ Brevia aliqui, immemores tamen, volunt non esse universalia, & ubique acceptata. Vide etiam de ipso Breve Urbani Barbastrensem pag. 98. & Frasso l. c. ergo si Episcopi ex potestate delegatâ à Greg. & ratihabita à cunctis Pontificibus, punire possunt Regulares ab Episcopo non approbatos, absolventes tamen; & concionatores, contradicente Episcopo, concionantes, ut Clem. X. expressè confirmat: quo vel levi fundamento dicitur, quod Capitulum Sede vacante punire possit Regulares à mortuo Episcopo approbatos, resistentes tamen te præsentare, suæque litteras examini subijcere, simul tamen absolventes?**

N. 291. **Fateor me tot, & tanta hac in replicâ con-N. farcinasse, ut Adversarijs obsequer, quæ 291. prolixissimo tractatu egerent; nempe, an Episcopi ante Regularium privilegia jus aliquod in Regulares haberent? nullum enim habuisse asserit M. Passer. n. 138. Quale habuerint post concessa privilegia; quale modo post Tridentinum, & post revocata à Tridentino; & multo magis post Gregorij Bullam privilegia? Rursus, an illud jus Episcopis, modo contra Confessores Regulares concessum, fuerit in Episcopo ordinatum, an purè delegatum: nam, ut rectè advertit Gonzalez Tellez lib. 1. Decret. tit. 21. cap. 12. Consi. Licet, & Barbosa in hunc ipsum locum, alijs que plures, citatis pluribus juris textibus, quod si causa aliqua committatur Ordinario ex speciali delegatione, si ejus causæ cognitio jure cōmuni ad eum Judicem spectabat, non ideo Judex ille fit delegatus, sed tantum ejus jurisdictio de novo excitatur: ergo per hoc quod à Gregorio XV. & alijs Pontificibus delegatur Episcopis jus puniendi Regulares sine licentiâ concionantes, & absolventes, excitatur jus, (si casu Episcopi habuerit puniendi Regulares) non verò illud purè delegatur. Demum, quale jus transeat in Capitulum Sede vacante. Hæc tamen omnia sunt inter Doctores oppositum**

M. Pass. **negans art. 1. n. 328. quod Capitulum possit Regulares à confessione suspendere, negat num. 1082. & pag. 264. ipsis Episcopis convenire jus procedendi per censuras contra Regulares, adeo ut licet Concilium Tridentinum præcipiat Regularibus, ne audiant confessiones secularium, nisi sint ab**

opinantes incerta, & nec faciunt, nec ad rem
facere possunt: Non possunt, quia certum
aliquid statui debet remediū pro damnis in-
gredientibus. Non faciunt, quia plane incerta
sunt: quodcumque enim quis tueatur, no-
stra doctrina subsistit; nimirum, quod per
concessa Regularibus privilegia ad sumum
revocatum sit jus, ne Capitulum approba-
tos Regulares examinet; non vero jus, ne
eos convocet, & litteras exhibeat; & data
contumacia eos puniat.

N. Hæc mea doctrina ex ipsismet Pontifi-
cum Bullis constat, præcipue ex Bulla Greg.
293. XV. Urb. VIII. Clem. X. Innoc. X. & XII.
Greg. XV. qui in terminis distinguunt Regularem cō-
Urban. VIII. cionantem renitente Episcopo, & concio-
Clem. X. nantem eo non renitente: in terminis absol-
Inn. X. ventem sine approbatione Episcopi, seu re-
In. XII. nitente positive Episcopi: (hoc enim venit
per non approbatum; non autem venit pure
non approbatus, nam jus absolvendi in Con-
fessore approbato ab Episcopo antecedenti
durat utque dum à sequenti revocatur, sed
venit Regularis, cuius approbatio à novo
Episcopo revocatur) in terminis, inquam,
distinguunt absolventem renitente Episcopo,
& absolventem eo non renitente, quate-
nus antecedentis Episcopi approbationis lit-
teras non revocavit: ergo idem prorsus in
nostro casu dicendum. Aliud est absolvere
non renitente Capitulo; aliud eo renitente:
renititur autem Capitulum dum Regulares
convocat, & approbationis litteras petit.
Rursus sicut dicti Pontifices non tantum
dictas opiniones, quod quis absolvere, &
concionari possit renitente Episcopo, & Or-
Clem. X. dinarijs, damnant, ut constat ex Clem. X. sed
etiam jus dat illis, ut Episcopus tali suo juri
renitentes severe puniat, suspensā concio-
In. XII. nandi, & absolvendi licentiā, ut Innoc. XII.
decernit: ita à pari Capitulum, Sedē vacan-
te, resistentes huic suo juri, nequis Regula-
ris approbatus absolvat, nisi se præsentet,
suasque litteras exhibeat, punire poterit eā
suspensionis pena.

N. Confirmit: Certum est quod si privilegia
294. in iniquum alterius gravamen non cedant,
sint late interpretanda; e contra si cedant,
Clem. IV. strictè intelligenda. Cum ergo Clem. IV.
clausula, quā Regularibus sub demortuo
Episcopo concionantibus, & absolventibus,
privilegium dat, ut Sedē vacante concionan-
di, & absolvendi seculares licentiā utantur,
subsistat admissio in Capitulo jure, ne Regu-
laris approbatus absolvat seculares nisi se
præsentet, suasque litteras examini subjiciat;
& negato dumtaxat in Capitulo jure exami-
nandi eos Regulares approbatos, quale con-

cedit Barbastrensis, & M. Donatus: e contra
si illud Clementis privilegium ita interpre-
temur, ut revocet jus Capituli, convocandi
Regulares approbatos, & examinandi eor-
um litteras, cedat in iniquum Capituli gra-
vamen: si enim Capitulum est Dominus gre-
gis secularis, tenetur eum non fidere viro
sibi incognito, renitenti suas litteras exhibere:
quibus perpensis, ejus aptitudo, quoad
absolvendos seculares, cognosci posset: quin
tenetur hunc virum à tuo grege segregare,
& punire in sui gregis defensionem: hinc fit
quod totum Clementis privilegium in hoc
dumtaxat consistat, quod Capitulo non con-
veniat jus examinandi Regulares approba-
tos; simul tamen Capitulo insit jus eos con-
vocandi, & litteras examinandi. En mea
mens ad veritatis limam, & in Capituli, &
Regularium obsequium, & utrorumque
tranquillitatem, digesta.

§. VI.

*Compendiosa confessionum ex absolutionis nulli-
tate invalidarum synopsis, & operis conclusio.*

S U M M A R I U M.

*Confessiones ex nullitate absolutionis invalide, n.
295. ad 298.
Gersonis dictum, n. 299.
Quid toto opere præstiterim? Ibid.
Nemo damnatur nisi ob violatas certas leges, n.
300.*

Plures sparsi totā hāc disputatione con-
fessiones, non quidem ex parte peniten-
tis; seu ex defectu doloris, propositi, inte-
gritatis invalidas, sed ex parte Confessoris
absolventis invalidas: hic enim est Decreto-
rum recitatorum scopus. Quia tamen, quod
sub unum collocatur intuitum, facilius tene-
tur, & firmius, ideo, ut Confessoribus, mi-
nime dicta Decreta callentibus, indulgeam,
brevis hāc synopsis eas arctare duxi.

Cum ergo invalida sit data à non appro-
bato absolutio, ut docui n. 36. 46. 72. hinc
infertur 1. Sacerdotem non approbatum in-
valide absolvere alium Sacerdotem, ut num.
39. dixi.

2. Invalide Parochum suas absolutionis
viæ quoad suas oves, committere Sacerdo-
ti non approbato, *ibid.*

3. Invalide Regularem, etsi iniuste re-
probatum ab Episcopo, absolvere. Idem di-
cendum de Sacerdote seculari, n. 46. 75.

4. Invalide Sacerdotes, quicumque illi
sint, ab Episcopo loci, in quo confessiones au-
diunt, non approbatos, absolvere seculares,
sive vi Cruciatæ, sive vi privilegiorum, n. 64.

5. In-

Barbast.
M. Don

5. Invalide quoque Sacerdotes, quicumque sint, suæ approbationis limites excedentes, absolvere, *ibid.* & n. 72. 183.

N. 297. 6. Invalide Confessores, sive sæculares, sive Regulares sint, absolvere Religiosos, non habitæ à Prælato Regulari, cui poenitentes subfunt, approbatione: etsi hoc fieret vi Cruciatæ, n. 65. 74. 75. 92.

7. Invalide Confessor, etsi Regularis, approbatus ab Episcopo antecedenti, renitente sequenti ejusdem Diœcesis Episcopo, absolvere, sive vi Cruciatæ, sive privilegiorum, n. 87. 88. 89. & n. 147. ad 155. quibus in locis docui quæ confessiones vi Cruciatæ, aut privilegiorum sint, & non sint validæ.

8. Invalide alibi approbatus, non tamen ubi absolvit, hic absolvit.

9. Invalide absolvit, qui sub opinione tenuit, dubiè, aut incerto, aut probabiliter tantum probabili, de jurisdictione, absolutionem impendit, n. 147. 188.

N. 298. 10. Nulla est absolutio, independens ab Episcopo Diœcesano, etsi data vi Cruciatæ, n. 72. 75. 92.

11. Nulla collata Religioso independens à suo Prælato, etsi vi Cruciatæ, n. 74. 92.

12. Nulla data, sive à Sacerdote sæculari, sive à Religioso, si sine speciali licentiâ Moniales absolvat, n. 72.

13. Nulla, etsi Confessor casus aliquos Papæ reservatos validè absolvere possit, si sine speciali Episcopi indulto absolvat casus ipsi Episcopo reservatos: esto ab eo Episcopo quoad alios casus foret approbatus, n. 72. 75.

14. Nulla data sub prætextu quod privilegia revixerint, aut aboleri nequiverint, n. 72. 75.

15. Nulla data à simplici Sacerdote illi, qui habet Beneficium curatum, n. 75.

16. Nulla data à Parocho extra sui Episcopatus limites degenti, etsi collata Parochiano sive Parochiæ, n. 198.

17. Nulla etsi collata suo poenitenti in alienâ Diœcesi, in quâ Confessor non est approbatus, n. 82. quo loco alias refero absolutiones nullas. Ex his lector facile conjicere poterit alias confessiones ex absolutionis nullitate nullas.

N. 299. Concludo cum magno Theologiæ Scholasticæ, & Mysticæ Cancellario, Parisiensis Facultatis ornamento, cujus textum supra retuli n. 61. & quia in eo admirabile latet pro Theologis & quibusque studiosis consilium, ideo sæpius citandum, & jugi memoriâ retinendum. Ait Theologorum sco-

pum non alium esse debere quam veritatem, non vero favere potestati sæculari, plus quam spiritali, aut plus spiritali, quam sæculari. Clavis ergo ad timides humanos respectus oculis, ijque in solam veritatem fixis, discere, docere, consulere, resolvere debemus. An ita me gesserim, qui *judicet me, Dominus est.* Docui, quæ scivi, certa ut certa, incerta ut incerta. Neminem læsi, etsi aliquando duriuscula aliorum verba, & animositates retulerim. Quemlibet Adversarium in prelo habui. Opinionem, non opinantem; doctrinam, non Doctorem impugnavi. Indignam, vel Probabilitatis nomine, tenuem, intimum, probabilem Probabilitatem respici, & solam certam penes utriusque sententiæ adversæ Patronos, Probabilitatem admisi. Tutio-riorem, & Probabilio-riorem consului; legem tamen, sub gravi obligantem, admittere utramque, aut alterutram, negavi. Ostendi, quod si tutius, aut probabilius sub lege foret, sub lege quoque foret, vel peccata formaliter, Demonst-avi, nil mali, & laxi ab ullâ sententiâ generali de licito usu oriri, sive sequenda sit tutor, sive probabilior, sive neutra, sed satis sit minus tuta, minus, certo tamen probabilis præ-ctica: sed omne malum à Tutoria, Probabiliorista, & Probabilista derivari, qui particularibus opinionibus dant, vel incertam à peccato formali, vel maiorem, aut minorem probabilitatem, cum omni carant. Adverti longè plus timendas opiniones lætætitatis, & rigoris fucos larvatas, si sub lege statuuntur, quam libertatis prætextu immu-ctas: hæ enim malum suum oculos produunt, illæ occultant, eaque tendunt ut quilibet pro libito vivat, & Dei lex fiat illis servata impossibilis. Tandem indicavi ad finem *dis-*

29. quod quotquot æterno incendio, culpæ ob- bili facto, & fato se destinant, non est ob- violatas leges incertas inter TT. sed ob con- culcatas certissimas, & patentis Decalogi, & Ecclesiæ leges. Utinam, utinam omnis Ca- tholicus grex certa Dei, & naturæ, & gra- tiæ præcepta, omnibus Theologis indubita- ta servaret! Quam illico Infernus ocellus, Cælum apertum! Faxit luminis Patris, & Mater, ut quæ ijs, ni fallor, inspirantibus, & faventibus aggressus sum, in ejusdem SS. Triadis, & Christi Servatoris, & Deiparæ gloriam, animarumque salutem cedant, & ut cedant, omne meum Alpha, & Omega subji- cedio infallibili Sedis Apostolicæ iudicio, cuius in gregis emolumentum hæc, ut ut potui, digessi.

L A V S D E O.